
Dp 65


Dp 65


Dp 65

E-14,33 Inv. B 31-2

Prouerbia Salomonis, per Iohannem Campensem iuxta Hebraicam veritatem Peraphrasticos latinitate donata.

REVERENDISSIMO Domino Cracouiensi dedicata.



CADIECTÆ SVNT precatiões aliquot, quę in psalterio non habent, ex varijs scripturæ locis, iussu D. Dantisci deprompt̨.

Venundantur à Floriano Vnglerio.

W Inv. Dpvi 84

Seminarii Regii Varsoviensis Librorum D.p.65/2

Ofetic

REVERENDISSIMO
Patri, Domino Petro Thomitio, Episcopo Cracouiensi, Regni Polonię Vicecãcellario. Ioannes Campensis
S. P. D.



ON HABEO IN presentiarũ aliud, modis omnibus ornatissime Pręsul, quo gratias referam pro humanitate, & munificẽtia erga me tua, q̃ chartaceum hoc munusculum, in tua mihi Sarmatia natum, quod ideo spero ingratum nõ fore, q̃uis rude sit, & parum expolitum, q̃ sciam te, vt Pręsulem decet, sacrarũ literarũ esse amantissimũ. Cuius rei vel hoc vnum esse potest certissimum argumentum, q̃ studiosissime, maioribꝰ, q̃ mea tenuitas meret, promissis mecũ egeris, vt aut apud te, aut quod idem est fere, Cracouiæ manerem, quę tua eximia humanitas hoc effecit, vt mihi idem apud te acciderit, quod apud Dominũ meum Dantiscũ, qui me toto biennio, tam habuit humaniter, & liberaliter, vt cum negotia mea manere apud illum nõ sinerent, discedere tamẽ nõ nisi mœstissimus, potuerim. Ad eundẽ modũ apud tuam paternitatem manere nõ licuit, & discedere tam parũ libuit, vt conditionẽ oblatã neq; tũ

accèptare, neq̃ oīno recusarè potuerim. Interim quod pollicitus sū, ī ea quā ex animo amas, celebri tua Cracouiēsi academia subsistā, donec Paulinas aliquot epistolas prælegero. Erūt credo hęc sapiēter, & scite à sapientissimo Salomone dicta, alia etiā ratione nō ingrata, q̃ tanq̃ spiritualem habeas filiū, Sigismundū Augustū iuniorem, Poloniæ Regē, nisi enim vehementissime fallar, in hoc libello inerunt nō pauca, formando nobilissimo illius pectusculo, vdæ adhuc, & molli cerę simillimo, vehementer idonea, Quare tuū erit ea auribus illius sępe inculcare, ne hoc ei eueniat, quod Deus ab eo, & toto regno auertat, quod olim Roboam Salomonis filio, & in regno successori cui primum hęc scripta sunt, euenit, Ille enim sanctissimorū patris, & matris monitorū oblitus, & iuuenū consilia secutus, decē tribus alienauit à se, & perdidit, seruatis ægre duabus. Tuū inq̃ hoc erit Episcope vigilantissime, qui & haberis, & es, post Regiā maiestatē patrię alter pater. Quāq̃ em̄ habet sapiētissimū patrē Regē, & cordatissimā matrē Reginā, sicut & ille habebat, ætas tamē hæc & regia fortuna requirūt, vt q̃ sępissime officij sui admoneat. Vale simpliciter prudentissime Antistes ad annos plurimos, sicut nūc vales, mē te sana, in corpore sano, & munusculū hoc Cāpensis tui, q̃uis muneri tuo impar sit, boni consule, Cracouiæ xix. Februarij. 1534.

1 Salomonis, qui filius fuit Dauid, & Rex totius populi Israelitici.

2 Quę plurimũ faciũt ad cognitionem verę sapientiæ, & solidæ eruditionis, & ad intelligendos sermones, quauis prudentia conditos.

3 Faciunt deinde, vt quis facile percipiat, quæ ab alijs præcipiuntur, vt prudenter apprehendere possit, quicquid pertinet ad omnimodã iusticiã, ęquitatem, & ea quę simpliciter recta sunt.

4 Dabũt & rerũ imperitis solertiam, puero quoq; sagacitatem, & mentem.

5 Quin & sapiẽtię alioqui studiosus antea, si auscultauerit, ad superiorem eruditionẽ non pauca adijcere per hæc poterit, & prudens alioqui consilijs instructior euadet.

6 Et intelligere p hęc facile poterit, quæ scite ab alijs dicta sunt, & interpretari ea alijs, quosuis præterea sapientum sermones, qui horũ sapienter dictorum ignaris, enigmatum instar erunt.

7 Reuerentia Domini fundamentũ est, & basis verę scientię, sapientiam & eruditionem, ij qui stulti sunt despiciunt.

8 Audi ergo fili mi exhortationem patris tui, & ne spreueris doctrinam matris tuę.

9 Hoc si feceris, ornamento tibi erit magis, quàm

possit, capiti tuo, vlla, quantumuis eleganti varietate contexta, corona, aut torques vlli, colli ambitum ornantes.

Fili mi si te blādis verbis ad se allicere conẽt peccatores, caue ne quouis modo illis acqueueris

Si dixerit, veni nobiscū, insidiemur fundēdo sanguini, clam aggrediamur eum, qui frustra se innocentia tutum sperat.

Deglutiamus instar sepulchri, quotquot ex iusmodi sunt stulte insontes, & quemadmodū profunda fouea solet eos qui collabūtur in eā, nunq; emersuri.

Omnis generis prēciosas res inueniemus, implebimus domos nostras spoliis.

Sorte quicquid nacti fuerimus diuides nobiscū, marsupiū vnū erit nobis oībus cōmune.

Fili mi caue consuetudinem vllam habeas cum illis, aut pedem quoq; moueas cum illis.

Maximo studio & summa festinatiōe, nihil aliud, q; accersent sibi malum, & properabunt ad interitum.

Quotquot sunt tales, similes sunt auibus, quibus ab aucupibus, ante oculos frustra expanditur rete, quod nō vitabunt.

In hoc enim, rete illud expandunt, vt insidientur, & vitam adimant illis, quas tamen pabuli auiditas Illud cogit nō videre.

In eiusmodi periculis versantur omnes, qui

rapinis, auaritia excęcati inhiant, dum enim captant alios, ipsi sicut aues capiũtur ab illis quos captabant.

20 Absolutissima illa sapientia, nusq̃ non ædit specimen sui, nõ enim in angulis abdit sese, sed in plateis ĩcessanter, veluti voce sublata clamat, in vijs publicis attollit vocem suam.

21 In maxima populi frequẽtia assidue clamat, in ipsis portis ciuitatĩ, imo in ciuitate ipsa prolixe concionatur.

22 Quousq̃ tandem inquiens vos rerũ omniũ imperiti, in imperitia persistetis, & vos nugiuẽdæ nugas cum vestro incõmodo, serijs præferetis, & vos stolidi, odio veram philosophiam habebitis.

23 Si ad hos meos clamores, & admonitiões resipueritis, effundam vobis cor meũ, & spiritus mei participes faciam vos, meis verbis ipsa docebo vos.

24 Verum quia clamaui, & vos audire renuistis, porrexi manũ meam, & nemo fuit qui se accõmodaret mihi.

25 Nihili feciſtis cõsilia mea, exhortationes meas nõ admisistis.

26 Nõ immerito ob hęc vos calamitate oppressos, ego secure veluti ridens contemnere potero, & subsannare, propterea quod euenerit vobis, quod merito timere debebatis.

Vbicum ingenti populatione acciderit vo- 27
bis quod metuebatis, & calamitas sicut valida
tẽpestas, vos ipetiuerit, cũ euenerit vobis tribu
latio, & in extremas angustias redacti fueritis.
Tum non amor mei, quàm spreuerunt, sed 28
malum ĩ quo versantur implorare auxiliũ me-
um faciet eos, verum ego nõ audiam, quærent
me, sed non inuenient.
Quia eñ odio habuerũt veram philosophiã, 29
& reuerenter amare Dominũ noluerunt.
Nec placuit illis consilium meũ, sed spreue- 30
runt exhortationes meas.
Digni certe sunt, qui comedant, quod intri- 31
uerunt, & pro operibus suis premia accipiãt, &
illis, quæ sibi suis consilijs accersiuerunt malis,
ad saturitatem vsq; impleantur.
Ignauia enim imperitorũ perdet eos, & im- 32
peritia stultorum subuertet eos.
Quicunq; vero audierit me, vbicunq; habi- 33
tabit, erit securus, & liber ab omni metu mali.

CAPVT 2.

FILI MI SI AD- 1
miseris verba mea, & pręceptiões
meas, intra te reposueris.
Fiet vt aurem tuam prębeas sapi- 2
entiæ, & destines cor tuum prudentiæ.
Si enim prudentiam aduocaueris, eiusq; au- 3

xilium voce supplici implorauerit.

4 Neq; segniter eam quæsieris, sed ea diligentia, qua pecuniam quærūt auari, & tāq; thesauros, scrutatus fueris eam.

5 Tum intelliges quid sit Deum reuereri, & illum in pretio habere, veramq; Dei noticiā acquires.

6 Sic fiet vt Dominus tibi sapientiam det, qui solus verā scientiā, & prudentiā dare poterit.

7 Inspirabit occultę, ijs qui cādidi sunt, solidā, & duraturam sapientiam, quæ instar clypei sit, ijs, qui gradiuntur simpliciter.

8 Vt seruare possint recte viuendi præscripta, itineris em̄ custos erit sanctis, chari em̄ sūt illi.

9 Tunc intelliges quæ sit omnimoda iustitia, æqua etiam ab iniquis discernere scies, in summa, nihil quod ad fœlicitatē conducat ignorabis.

10 Vbi puenerit sapiētia vsq; in penetralia cordis tui, tum vera philosophia animū tuum oblectabit mirifice.

11 Prudens cogitatio custodiet te, prudētia ipsa seruabit te.

12 Vt liberet à via quę ducit ad malū, & à viro qui à vera sapientia loquitur diuersa.

13 Et ab illis qui deserunt semitas rectas, vt ambulent per deuia, & vias tenebrosas.

14 Ab ijs qui gaudent quoties occasionem nacti fuerint faciendi male, & quibus voluptati est,

si quem audiant sceleratа iactantem.

Quorum studia hoc agũt, vt alios opprimãt 15
cum sint homines omnis generis sceleribus q̃
inquinatissimi.

Liberabit te sapientia à muliere perfida, & 16
abomni honestate aliena, quæ verbis suis blan
dis quiduis promittet.

Desertrix interim illius, cui cura iuuentutis 17
eius mandata fuerat, atq; ita pacti quoq; diuini
contemptrix.

Nec paruum putari debet sapientiæ benefi- 18
ciũ, si liberet ab ea quæ recte pergit ad mortẽ,
vbi domus eius est, cuiusq; ad sic vita defũctos,
omnia tendunt, vt spes recuperandæ salutis
reliqua sit illis nulla.

Quotquot illam secuti eodem peruenerint, 19
nunq; reuertent̃, nec spes vlla ipsis reliqua erit
ad vitam redeundi.

Quare tu illa perges via, qua boni, & iusto- 20
rum semitas sapientia duce obseruabis.

Probi nàmq; incolent terram, & candidi su- 21
perstites erunt in ea.

Impij vero é terra eradicabuntur, & scelera- 22
ti extirpabuntur ex ea.

CAPVT. 3.

FILI MI DOCTRI- (
nã meam ne paruifeceris, sed mãdata mea
custodiant cor tuum.

2 Longitudinẽ em̃ dierũ, & annos diuturnæ
vitæ, in tranquilitate ſumma prębebũt tibi.
3 Da operam ne humanitas, & animi candor
vnq̃ te deſtituant, collo circunda ea, imo ſcribe
ea in tabula pectoris tui.
4 Hoc ſi feceris, amore dignus eris, gratioſeq̃
prudens, & Dei iudicio, & hominum.
5 Fide Domino toto pectore tuo, & prudentię
propriæ nequaq̃ innitaris.
6 Si in omnibus quæ acturus es, illũ præ ocu-
lis habueris, ne dubita, ipſe recta ducet quo ire
tibi expediat.
7 Ne ſapiens videaris ipſe tibi, ſed Dominum
reuerere, & fuge malum.
8 Erit hoc ſalubrius q̃ vmbilici ſanitas, aut oſ-
ſium tuorum per medullam irrigatio.
9 Si honoraueris Dominũ parte aliqua diuitia
rũ tuarũ, & primitijs quorũuis ,puentuũ tuorũ
10 Certo certius implebũt horrea tua ad ſum-
mum vſq̃, & vini copia rumpet torcularia tua.
11 Fili mi ſi Dominus caſtigauerit te, ne tuleris
ægre, neq̃ moleſta tibi fuerit ĩcrepatio illius.
12 Quos enim diligit Dominus, illos & caſtiga
bit, interim nõ aliter quàm pater propriũ filiũ,
amabit.
13 Fœlix ille vir qui aſſecutus eſt ſapientiam,
& homo ille qui veluti auide hauriens, compa-
rauit ſibi prudentiam.

Pluris est enim illa, q̃ quoduis argentum, & 14
auro multis modis vtilior acquisitio ipsius.
Pretiosior est vllis margaritis, & quicquid 15
desyderare potueris, nequit conferri cum illa.
Multitudinem dierũ gestat in dextera sua, 16
in sinistra vero opes, & honorem.
Viæ illius, viæ sunt amœnissimæ, & vniuer- 17
sæ semitæ illius pacatissimæ.
Similis est arbori, q̃ immortalitatem parit, 18
ijs, qui amplectuntur eam, & quisquis fortiter
retinuerit eam, perpetuo beatus erit.
Dominus omnipotens hac sapientia funda- 19
menta iecit terræ, composuit cœlos prudentia.
Illius prudentia eruperunt, veluti ex abysso 20
in vsum animantium aquæ plurimæ, & nubes
guttatim demittunt rorem.
Fili mi ne sinas amoueri hæc ab oculis tuis 21
vnq̃, sectare solidã sapientiã, & matura cõsilia.
Hæc efficient, vt viuat perpetuo anima tua, 22
collumq̃ tuũ totum ornabunt vndiq̃.
Tum ire tibi licebit sine metu quocunq̃ vo- 23
lueris, neq̃ quicq̃ pedẽ tuũ, vl' leuiter offendet.
Si dormire volueris sine metu id poteris, erit 24
q̃ tibi suauissimus dormienti somnus.
Non timebis ne quid accidat de improuiso 25
tibi, quod metum incutere possit, neq̃ popula-
tionem impiorũ, etiamsi contigerit, formidabis.
Quia Dominus fiduciam tibi suppeditabit, 26

& custodiet pedẽ tuũ, ne quoquo modo laqueis impediatur.

27 Ne recusaueris benefacere paupi, cui ea abste humanitas debetur, si sit in potestate tua, vt succurras illi.

28 Necꝫ dixeris amico opera tua indigenti, abi, cras si redieris dabo, cum sit in potestate tua vt nunc des.

29 Ne clãculum machineris malũ aduersus vicinum tuum, qui nihil mali suspicãs, habitat securus apud te.

30 Noli cum eo contendere, qui nulla te affecit iniuria, nulla enim ex eiusmodi contentione peruenire poterit vtilitas.

31 Ne in admirationem sui rapiat te sceleratus quispiam, necꝫ imitari velis quicꝫ illorũ, quae facit ille.

32 Abominatur nancꝫ Dominus sceleratũ, cum dídos vero secreti sui conscios facit.

33 Ira & execratio Domini grassatur in domũ, & familiam impij, domũ autem iustorũ munificentia sua augebit.

34 Impostoribus ipse imposturis digna dabit pmia, modestos vero suo fauore prosequetur apud omnes.

35 Sapientes Domini benefitio solidam gloriã consequẽtur, stulti non nisi apud infames in pretio erunt.

CAPVT 4.

AVDITE FILII admonitionem patris, accommodate vos ad percipiendã prudentiam. 1

Rem enim nõ penitendam propono vobis, q̃re doctrinã meã ne paruifeceritis 2

Quandoquidem & ego puer fui patri meo tenere dilectus, & vnice charus matri meæ. 3

Et tamen docebat me, & assidue inculcabat mihi dicens, apprehendat verba mea cor tuum, pare mandatis meis si fœliciter viuere volueris 4

Omni studio conquire sapientiam, conquire prudentiam, ne neglexeris, neq; declinaueris à verbis oris mei. 5

Si non deseruieris illam, ipsa curam geret in omnibus tui, si amaueris illam custodiet te. 6

Inprimis eo aĩo aggredere studiũ sapientiæ, vt acquirendæ illius causa, nihil nõ facturus sis, etiamsi impendenda sint tibi vniuersa quæ possides, prudentiam ne cesses comparare. 7

Si magnifeceris illam extollet te, inclytũ te faciet, si veluti vlnis amplexeris illam. 8

Imponet capiti tuo ornamentũ, ex varijs, & modis oñibus gratiosis rebus, contextũ, corona supra modũ decora totum te veluti clypeo munitissimum reddet. 9

Si audieris fili mi, & auscultaueris verbis meis, proculdubio multiplicabunt tibi annos vitę. 10

11 Qua via ad ſapientiam eundum ſit docui te, duxi te per ſemitas rectas.

12 Quocunq; per eas ambulare volueris impedimenti nihil inuenies, imo ſi currere volueris non corrues.

13 Apprehende diſciplinam, & nequaq; remiſeris ſtudium eius, ſumma cuſtodia ſerua illā, ipſa vitam pariet tibi nunq; finiendam.

14 Via impiorum ne inſiſtas, neq; gradiaris per viam ſceleratorum.

15 Deſere, nequaq; ambulaueris per illam, declina ab illa, & q; longiſſime recede.

16 Non enim dormient prius, q; ſcelus aliquod perpetrauerit, neq; capietur ſomnus ab illis prius, q; aliquem ſupplantauerint.

17 Aſſueuerunt namq; rapto viuere, & cibum comedere impietate partum, & vinum flagitijs conquiſitum bibere.

18 Interim ſplēdor iuſtorū ſimilis erit clarę luci, quæ ſuſcipit aſſidue incrementa claritatis, quoad æquet ſolem ipſum meridianum.

19 E contrario via impiorū caliginoſa eſt, quare non vident etiam præſens præcipitium, ſamiam corruituri in illud.

20 Fili mi verbis meis auſculta, & ſermonibus meis prębe aurem tuam.

21 Non recedant hæc ab oculis tuis, reponē ea in penetralibus cordis tui aſſeruāda diligenter.

Vitã em prebebũt animę, ñs qui cõsecuti fu- 22
erint ea, ꝓpetuã & corpis oñimodã sanitatem.
Summa cura hoc age vt serues animi cando 23
rem, is enim adferet duraturam vitam semper.
Absit procul à te arrogantia oris, & virulen- 24
tia labiorũ sit ꝙ longissimæ dissita abs te.
Oculi tui diligenter circumspiciant qua eun- 25
dum sit, & palpebræ tuæ rectum commonstrẽt
iter tibi.
Expẽde apud te qualis sit via per quàm tibi 26
gradiendũ est, vt vniuersa quæ aggressurus es,
stabilia sint.
Neꝙ deflexeris vel ad dexteram, vel ad sini 27
stram, sed sic declinaueris à malo, vt ꝙ rectissi-
me petas bonum.

CAPVT 5.

FILI MI SAPIEN- 1
ti huic admonitioni meę, diligẽter
ausculta, prudenter admonẽti prę-
be aurem tuam.
Vt summa cura prudẽtibus cogitatibus in- 2
cumbas, atꝙ ita prudentia animi, labia tua con-
tineantur in officio.
Prę sentissima pericula faciunt vt hæc toties 3
inculcem, ꝙ mel merum spirare videntur labia
eius, quæ ab omni probitate, aliena pudorem
abiecit, & fragrãtius vllo vnguẽto guttur illius
stultis apparet.

4 Verum finis horum, quę tam grata visa sunt in improba meretrice tristior est, & magis amarus, q̄ vllū absynthium, eaq̄ amaritudo magis penetrās est, q̄ vllus gladius etiā vtrinq̄ acutus.

5 Omni studio, veluti pernicibus pedibus ruit in mortem, inferi vtrasq̄ pedum illius plantas iam apprehenderunt.

6 Nisi diligentissime expenderis, & te munieris ratione qua peruenitur ad vitam, quam sint variæ artes, technæ, & periculorū plena studia viuendi illius, nūq̄ intelliges, sed peribis cū illa.

7 Quare tandem me audite studiosi sapientię, quos ego affectu paterno ꝓsequor, sintq̄ vobis sic viuendi normę, verba oris mei, vt ab eis deflectere alio nequaq̄ velitis.

8 Quám longissime ab illa ꝓbitatis oīs desertrice, q̄squis es, abscede, neq̄ tā fueris temerarius vt vnq̄ ianuę domus illi⁹ appropinq̄ueris.

9 Quod nisi feceris, futurum scito amissurū te quicquid habes boni per quod emergere posses, & honoratus fieri, profusurūq̄ illud in alienos ab omni honestatæ semotos, florēq̄ ętatis tuæ consumpturū apud illos qui crudelissime tracturi sint te.

10 Eis quoq̄, quæ tua virtute parta fuerant, saturabuntur improbi & labores tui consumentē in domo eius, q̄ animo abs te est q̄ alienissimo.

11 Quare tu sero tandem grauiter ingemisces,

eum tua iam ad extrema perducta fuerint, & cõ
sumptis omnibus etiam caro, & corpus totum
eneruatum fuerit.

Et dicturus es qua dementia exosam habui 12
omnem rectam admonitionem, & salutarẽ in-
crepationẽ admittere recusauit animus meus?

Nec audire volui vocem docentiũ me, nec 13
aurem præbere recte admonentibus.

Quare de improuiso sensi me constitutũ in 14
medio malorũ omnium, & flagitia mea, quę oc-
culta esse putabam, tam nota esse, q̃ si in medio
primorũ, & toti⁹ populi fuissent ꝓpetrata.

Quisquis ergo sapis, grata tibi sint quæ domi 15
habes, bibe aquàm é tuo fonte scaturiẽtẽ, fluẽ-
temq̃ é medio putei tui.

Sic fiet vt nascatur tanta tibi rerũ omniũ do 16
mi copia, vt nõ solum tuæ familiæ suppeditare
quod satis est possis, sed etiam vicinorũ inopiæ
succurre, instar fontiũ qui copiosissime aquam
in vsus omniũ qui opus habent fundentes, &
foras deriuari, in varios q̃ riuulos ꝑ plateas de-
duci se pacientes, ipsi manent inexhausti.

Sint aũt hi fontes ita tui, tui inq̃ peculiariter, 17
& tuorũ, vt nihil sit probitatis desertoribus, cõ-
mune tecum, in illis.

Vbi ergo fons tuus sic dei benedictione au- 18
ctus fuerit, oblecta te vxorcula quã adolescens
adolescentulam elegisti.

19 Et tibi persuade illam esse omnium que vi-
uunt tuo amore maxime dignam, similēq; hin-
nulo amabilissimo, & Damulę gratiose fugaci,
quare māmillę illius honesta te ebrietate ine-
brient sic omni tempore, vt aliter inebriari nū-
quam velis, & casto illius amore sic sācte insa-
ni iugiter, vt prę illa alias omnes mulieres ex a-
nimo tuo deleas.

20 Qua dementia mi fili te capi vnq; sines, in-
sano improbæ, & propudiosæ meretricis amo-
re, & qua frōte mediam amplecti audebis & dei,
& honestatis desertricem adulteram?

21 Quasi nescias e propinquo oculos Domini
cōtemplari vniuersas cuiuluis hominis vias, &
studia, singulosq; gressus eius, & conat⁹, diligē-
tius expendere, quam possit quiuis vlla statera
rerum pondera explorare.

22 Quare nō dubita quin ipsissima, ipsius scele-
ra illaqueatura sint impie exlegem, & quin la-
queis proprij peccati cōprehendēdus sit tandē.

23 Ille morietur propter insciti ā, quia recte mo-
nētibus parere noluit, & præ magnitudine stul
titię in labyrinthum perueniet, vbi inexticabili-
ter errabit perpetuo.

CAPVT. 6.

1 FILI MI SI CON-
tigerit te pro amico tuo spondere, &

manu tradita apud eum qui amico mutuum dedit vadem fieri.

Scito te non aliter obstrictū esse propter verba quæ locutus es ore tuo, nec minus irretitum verbis tuis, ꝙ̄ si ipse mutuum accepisses. 2

Quare fac quod dicturus sum mi fili, vt libereris, venisti enim in potestatem alterius, & pēdes ex fide amici pro quo spopondisti, ergo etiā preuolutus in genua supplex efficere illi, & tā ꝙ̄ dominū agnosce amicum olim tuum. 3

Neq; somnū oculis tuis indulseris, neq; sopo rem palpebris tuis. 4

Non minore studio conare vt a sponsione libereris, ꝙ̄ meticulosa cerua elabi cupit e manu venatoris, q cępit eā, aut auis e manu aucupis. 5

Ergo si quis leuiter te ad spondendū inuitauerit, iube illum pigritia depositā ad formicam ire, & imitari industriam illius, vt exemplo illi⁹ prudentior factus sic se exerceat, ne sponsore opus habeat. 6

Quod certe illi ratione prędito, & ad eam rē plurimos vbiq; obuios duces habēti, facili⁹ est, ꝙ̄ bruto animalculo, quod sine pręceptore, & sine imperatore sibi quod satis est parat. 7

In ęstate parat sibi quæ in hyeme cōmedat, colligit in messe quod edat in bruma. 8

Te vero o pigrū quādo tandem pudebit per- 9

petuo ſtertere, excitaberis ne vnq; ſomnolentiã deteſtaturus?
10 Vbi paululũ adhuc dormieris, & paululũ oẽ genus ignauiæ ſectatus fueris, paululũq; veluti iunctis prępigritia manibus ignauus deſederis.
11 Veniet nõ aliter, q; vehementer ꝓperans vt rediarius, egeſtas ad te, & omniũ rerũ ſumma inopia, nõ aliter q; vir armatus, quẽ repellere nulla ratione poteris, opprimet te.
12 Hominem qui nunq; ſurſum ad ea quę Dei ſunt tendit, ſed totus eſt in ſceleribus perpetrãdis, his argumentis cognoſce, ſi familiaris eſt illi arrogantia oris.
13 Si ſubinde altero e duobus oculis innuit, & altero e duobus pedibus loquitur, & monſtrat ſcelerum ſotio quomodo ſcelus ꝓpetrari velit.
14 Hunc ſcito nihil boni animo agitare, ſed prauа omnia, & tacite nunq; nõ moliri ſcelus, & ſeminaria odiorũ, & rixarum nuſq; nõ ſparſurũ.
15 Quare de improuiſo veniet exitium ſceleribus illius dignũ ſubito ſic totus, veluti diſceptus perdetur, vt nemo illum reſtituere priſtinę ſanitati potuerit.
16 Hæc ſex odio habet Dominus, imo ſeptẽ hęc abominatur ex animo ipſe.
17 Oculos elatos, linguã quæ aſſuevit mẽdacio, manus quæ fundũt ſanguinẽ hominis inſontis.
18 Cor concinnans cogitationes ad perpetran-

dū ſcelus, deſtinatas, pēdes alacriter geſtientes
currere ad male multandum alterum.
Teſtem mendacem, qui in alterius perniciem 19
falſum in iuditio affirmat pro veros, & eum qui
diſſidiorū author eſt iter fraterno amore antea
coniunctos.
In memoria habe fili mi quicquid præcepit 20
tibi pater tuus, & rectam viuendi normā á ma-
tre tua prēſcriptam tibi, nequaq; deſerueris.
Alliga ſic ea animo tuo, vt aboleri ab eo nō 21
ſinas, ſuſpende ea circa collum tuum.
Hoc ſi feceris, quacūq; ambulaue volueris re 22
cta inoffenſe ducent te, ſi dormieris illa vigila-
bunt pro te, ſi ſomnus media nocte fugerit te
& vigil factus fueris, illa ſuauiſſime fabulabūt
tecum.
Eſt enim præceptum viuēdi recte, veluti lu- 23
cerna, & recta inſtitutio, ſimilis luci, & viā, qua
itur ad veram vitam, commonſtrāt, acres increpa-
tiones, ſed amicæ.
Hæc te incorruptum ſeruabūt à muliere pe- 24
nitioſa, & ad concinandos dolos inſtructa, & à
blandicijs linguæ eius, quæ probitatis omis de-
ſertrix eſt.
Ne placeat pulchritudo illius animo tuo, nec 25
capiaris illecebris palpebrarum illius.
Neq; parū putes ſi libereris ab illa, meretrix 26
enim mulier, amatores ſuos ad eam rediget in-

opiam, vt fruſtulatim emẽdicare panem tandẽ
cogantur, & vxor alterius etiam nobiliſſimam
illã diuinitatis capacẽ animã miſere captã pdet.
27 Poterit ne quiſpiam fouere ignem in ſinu, vt
veſtimenta illius nõ conburantur, vel ambula-
re diu ſuper prunas ardentes, vt illius pedes nõ
adurantur, neutrũ certe veriſimile?
28 Sic quicunq; rem habuerit cũ propinqui ſui
vxore, non diu id faciet impune.
29 Deprehendetur enim, & pœnas dabit, quiſq;
attigerit eam, ſiue magnus is fuerit, ſiue paruus.
30 Nemo vehementer execrabitur eum, qui fu-
ratur, vt naturę ſatiſfaciẽs, famen ſedet eſuriẽs.
31 Vt em̃ deprehendatur maxime in furto, vt
ſummum, ſeptuplum reddere cogetur, quin etſi
illum, vniuerſam domus ſuæ ſnppellectilẽ vẽ-
dere ob redemptionem ſui, oporteret, tollerabi-
lior tamen multo eſſet ei⁹ conditio, q̃ adulteri.
32 Qui enim cum cõtra diuina, & naturę iura,
rem cum alterius vxore ſtudet habere, illũ mẽ-
te captum eſſe oportet, & ſi contigerit, id quod
ſolet, vt vir deprehẽſum occiderit, ſeipſum ſci-
at ſibi mortem illam conciliaſſe, dicẽtq; omnes
merito id accidiſſe illi, nec quẽq; miſerebit illi⁹.
33 Plaga diuinitus ĩmiſſa, & ignominia adulte-
rum manet, & infamia notabitur indelebili.
34 Tanta enim eſt rei ipſius indignitas, vt non
ſimplex odiũ generet in animo eius qui vir eſt,

sed furorem potius, quare placari nulla ratione
poterit nactus vindicandi oportunitatem.
Nulla flecti poterit pecunia, nec accipere vo 35
let quantumuis illi multa offeras munera.

CAPVT. 7.

MI FILI OBSER-
ua diligenter quæ dico, & præce- 1
pta mea intra te reconde.
Si seruaueris quę tibi præcipio, 2
et si doctrinam meã ea diligẽtia seruaueris, qua
oculorum pupillæ seruari solẽt, fœliciter viues
Alliga digitis illa, inscribe ea veluti rasæ ta- 3
bulæ, cordi tuo.
Tam fac te familiarem sapientiæ, vt sororem 4
tuam salutare audeas, & cognatã appellare pru
dentiam.
Hoc si feceris seruabunt te ne capiaris amo- 5
re improbæ, aut eius, quæ pudoris expers, hoc
agit, vt verbis ad fallendum summa diligentia
compositis, parũ cautis imponat adolescẽtibus.
Necꝫ fallet illam spes, cũ eã tempore quodã 6
feneſtræ domus meæ incũberẽ, & per cancel-
los meos prospectarem.
Videbam inter imperitos rerũ adolescentes, 7
& honestorũ parẽtũ filios, vnũ quendã prę-
ceteris stolidum, & mente penitus captum.
Ambulabat hic primũ per publicã plateam, 8

quoad vẽtũ esset ad angi portũ, in quo præsta
re solet illa, illĩncq; recta ꝓgebat versus fornicẽ
illius.

9 Idq; in obscuro, finita iam die, in crepusculo
nocturno, & tenebris ipsis.

10 Et ecce tãq; de improuiso occurrit illi mulier,
quę exornatu iudicari posset meretrix, & ad fal
lendum habere cor instructissimũ.

11 Irrequieta, nihil nõ agens vt q; plurimos ad
se pertrahat, & in colloquium admissa, blandi-
cijs suis hortatur ad ea quæ ab omni honestate
sunt q; alienissima, intra domũ suã pedes cõti-
nere nõ potest.

12 Verũ interdũ inplatea, interdũ ipublicis vijs
obambulat, diuerticulorũ vero, & angulorũ, ex
qb⁹ prętereũtib⁹ insidias struat, amãs est maxie

13 Hæc itaq; deprehensum illum deosculatur
blandissime, abiectoq; pudore, facie obdurata,
impudens mendaciũ narrare incipit illi.

14 Hostias quibus Deũ mihi propitiũ reddere,
votiq; compos fierem, oblaturã me Deo voue-
ram, eas hodie persolui.

15 Quare egressa obuiã sum tibi bene sperans
futurũ, vt mihi conciliem beneuolentiam tuã,
nec dubium est argumentũ diuini erga vtrũq;
nostrũ fauoris, q; tam oportune hic te hodie in-
uenerim.

16 Profecto animus mihi hoc magnũ bonum,

quod euenit, præsagiens, effecit, vt in tempore
domi pararim omnia, exquisitissimis em tapetib⁹
egyptiaca byſſo, & artificio contextis ornaui le-
ctum meum.

Odoratum reddidi cubiculũ meũ myrrha, 17
aloe. & cimamomo.

Quin imus ergo vt expleamus nos ad ebrie 18
tatẽ vſq; deſyderatis voluptatibus, ꝙ totã noctẽ
vſq; mane oblectemus nos mutuis amoribus.

Maritus enim domi non eſt, abijt iter factu- 19
rus longiſſimũ.

Loculos pecunia onuſtos ſecum hinc abſtu 20
lit, ab futurus menſe toto, ad tempus nouilunij
rediturus primũ domũ ſuã.

Pellexit eũ his, & alijs multis blandicijs ad 21
ſe, blandiſſimis ſermonibus expugnauit, euer-
ſura penitus eum.

Sequitur eam continuo nihil heſitans, nõ ali 22
ter q̃ bos ſecurus ad lanienã ire conſueuit, eue-
nitq; illi, quod ſolet ijs, qui vt eo eant, vbi ſtulti-
ciam dediſcere, & prudentiam diſcere poſſent,
haud aliter properant, q̃ ſi compedibus vinctos
haberent pedes.

Nec prius ſtolidus intelliget in quibus ver- 23
ſetur periculis, quam tranſſixerit quis ſagitta ie-
cur illius, nõ minore em temeritate ad interitũ
pperat, q̃ auis ad laqueũ, cui natura eã ingenij
vim negauit, vt ſcire poſſit, ſe cũ periculo vitæ
eo tendere.

24 Quare iterū vos adolescentes affectu paterno admoneo, vt me audiatis, & summo studio verbis oris mei auscultetis.

25 Neq; animū quoquo modo induxerit vestrū quisquā, vt me deserta ad illius studia deflectat neq; labyrinthū diuerticulorū illius, proculdubio aberraturus, ingrediatur.

26 Plurimos em̄ & potentissimos vulneratos grauiter, postrauit, & robustissimi quiq; occisi sunt ab ea.

27 Eisdem vijs ad domū illius, quibus ad inferos, itur, nisi q̄ huius viæ penitius. q̄ aliæ vulgares, ad ipsa penetralia ꝓpetuæ mortis ꝓducūt.

CAPVT. 8.

1 SED QVERI NE poterit quisq̄ deesse occasionem sibi discendi sapientiā? nequaq̄ ipsa enim sapientia magno clamore, & ipsa prudentia sublata voce obuios quosq; inuitat ad sese.

2 In cacumine montium, & locis æditissimis iuxta vias, vt commodius exaudiri possit, iuxta quasuis semitas collocat sese.

3 Apud portas ante ciuitatē & in aperto ꝑ portas introitu, auscultare volētibus, acclamabit.

4 Ad vos inquiēs, o principes viri clamito, & mea ipsius voce quosuis, etiam de media plebe

ad me inuito?

Quare operam date quotquot estis rerũ im- 5
periti, vt abiecta turpi insciti, solertiam vobis
comparetis, & quotquot adhuc stulti estis, pru
dentia pectus instruatis.

Diligenter auscultate præclara nanq; dictu- 6
ra sum, & labia mea quoties aperuero, quę re-
cta sunt sonabunt.

Seriis em̃, & stabilibus assuevit guttur meũ, 7
nec quicq̃, execrantur magis labia mea, quam
impiam quiduis faciendi licentiam.

Æquitatis plena sũt omnia verba oris mei, nec 8
quicq̃ habent admixtũ praui, vel pernitiosi.

Nec futile quicq̃ est in eis, sed vniuersa quæ 9
loquor seria esse, & firma, iudicabit, quisqs pru-
dens cũ iudicio expẽderit ea, & cũ summa æq-
tate cõiuncta esse dicent quotquot nacti iudiciũ
de rebus fuerint.

Quare maiori studio comparari merito de- 10
beret id quod doceo ego, q̃ vlla pecunia, & pe-
ritia mearũ rerum, q̃ aurum quoduis.

Præstantior est enim sapiẽtia quibusuis pre- 11
ciosis margaritis, neq; vniuersa quæ ab homine
desiderari possunt, æquare poterunt eam.

Ego sapiẽtia penitissime intra argutissimam 12
sagacitatem sic habito, vt omnes illius angulos
exploratos habeam, & noticiam quarũuis cogi-
tationũ assecuta sum, nec vlla me fuge e poterit.

13 Propriũ est reuerẽtiæ, quæ Domino debe-
tur, odio prosequi quicquid est malũ, precipue
autem superbiã, & fastũ, & studiosam malitiã,
os quoq; nunc hoc, nunc illud ab æquitate di-
uersum incõstanter effutiẽs, odi & ego maxiẽ.
14 Penes me est recte consulendi facultas, &
exequẽdi fortiter efficatia, ego prudẽtia sic pre-
dita sum fortitudine, vt qui eius particeps fieri
voluerit, id nisi per me cõsequi nõ possit.
15 Mea opera Reges fęliciter regna adminis-
trãt, & potentissimi quiq; æqua decernunt.
16 Meo auxilio duces fœliciter exercit⁹ educẽt,
& principes quotquot vsq; iudices in terra con-
stituti sunt, mea opera indigebunt.
17 Ego quotquot amãt me redamo, & quicun-
q; studiose quęsierint inuenient me.
18 Diuitias, & gloriã i potestate mea habeo, o-
pes isup maxias, & duraturas, quin & fœlicita-
tem summã cũ sanctimonia, & iustitia cõiũctã.
19 Melior est fructus quẽ sectatores mei ex me
capient, quouis auro etiã optimo, & prouentus
quem ego pfero nulla pecunia ęstimari poterit.
20 Per viã, qua itur ad iustitiam, ducam eos, per
medias illas semitas, quę ꝓrectissima ducunt ad
æquitatem.
21 Vt veluti hęreditario iure amantibus mei id
boni dem, quod vere summũ est, & duraturũ p-
petuo, interim & thesauros eorũ obiter ad su-

mum vsq; implebo.

Quin & Dominus ipse sine me nihil egitvn- 22
q;, sed peculiariter suã me esse voluit, idq; prin-
cipio viæ suæ, longe anteq; vllum opus produ-
ceret, à tunc, quod omne tempus præcedit.

Ab æterno, velut regina, omnibus præfecta 23
sum, imo priusq; ab æterno, si quid prius esse
posset, infinitis æternitatis sæculis, priusq; terra
produceretur.

Cum nullę adhuc essent aquarũ profundita- 24
tes, ego iam nata fueram, cum nondũ essent vl-
li fontes, nec ingens illa & q; latissime sese spar-
gens impetuosissimarũ aquarũ ingens vis.

Priusq; montes stabilirentur ante colles pro- 25
gnata sum.

Cum nondum fecisset terram, vel vllas vias 26
planas, vel quoquo modo habitabilẽ terrę orbẽ.

Cum ille ornatissime & optimo ordine stabi- 27
liret cœlos, aderam & ego, cũ certa ratione, ve-
luti torno sphericam ille superficiem induceret
vastissimæ abysso, quam ambitu suo cœlũ cõ-
plectitur.

Quum in aere sursum nubes suspenderet, 28
quũ firmos, & durabiles subterraneos meatus
pararet fontibus, qui ex abysso profluunt.

Quũ assignaret mari certa ratiõe littora sua, 29
& reliquis fluminibus, mandaret, ne ripas suas
transirent, cum certa ratione fundamẽta iaceret
terræ.

30 In omnibus ñs aderam ipsi, mea omnipotentia cuncta disponens, & suauiter confouens, & aderam cum summis delicijs assidue, per singulos dies ludens, & oblectans illũ omi tempore.

31 Ludens inq̃ eram in orbe illo terræ, quem ipse condiderat, pro summis autẽ delicijs habui cum posteris Adæ consuetudinem habere.

32 Quare tandem filij audite me, profecto enim felices erunt vere, qui vias meas obseruauerit.

33 Admittite doctrinã vt sapientes efficiamini, nequaq̃ autem contemnatis eam.

34 Vere ẽ felix ille est homo, qui sic obtemperat mihi, vt ad ianuas meas excubare cupiat assidue, & obseruare limina ostiorum meorũ.

35 Quicunq̃ ẽ me inuenerit, omnibus modis felicem, nec vnq̃ finiendam vitã inueniet, & omnis boni maiorẽ q̃ desyderare poterit copiam, accipiet à Domino.

36 Quicũq̃ vero peccatis, cõtra doctrinã meã, se cõtaminauerit, perdet animã suã, & quicũq̃ odio habẽt me, ꝑpetuã amẽt mortẽ necessũ est.

CAPVT 9.

1 IMNIMODA ILla & ab æterno numeris omnibus absolutissima sapiẽtia extruxit domum, quam stabiliuit septẽ, imo infinitis, quæ talem structurã deceant, elegantis-

sime dedolatis, columnis.

Apparauit cõuiuiũ, mactata ad hoc victima, 2
sacratissimo illius cõuiuio maxime digna, temperauit vinũ suũ, insuper, & mensam quæ illam deceret eleganter instruxit.

Amandauit pedissequas suas, inuitaricq; iussit 3
eos ex ipsis cacuminibus excelsissimorũ locorũ quæ sunt in ciuitate.

Iussitq; dicerẽt, quisquis fuerit rerum adhuc 4
ignarus deflectat huc, iudicio quoq; ob imperitiam carentem, nõ aspernata est, sed blandis & illum verbis inuitauit.

Venite quæso, cõmedite panem meũ, & bi- 5
bite vinum eleganti mixtura temperatũ p me.

Abiicite de formen, & ignauam inertiam, vt 6
viuere possitis feelicitẽr, & studiose ambulare p eã viam, quę ad prudentiã pducere vos poterit.

Verũ res ipsa docet eum qui erudire conat̃, 7
nugis & impostur is deditum, nihil aliud referre premij, cp̃ ꝓbrosa conuitia & ei qui recta monẽdo dehortatur impie exlegẽ à malis, nihil aliud expectandũ, cp̃ vt rideatur ab illo, de quo bene mereri studuerat.

Quare ne admonueris nugatorẽ à recta di- 8
sciplina abhorrentem, nisi odio cupias haberi ab illo, studioſũ vero sapientiæ etiã si increpaueris, nõ amare te nõ poterit.

Imperti, si quid habes, ipsi sapienti, & magis 9

sapientem se factum libenter agnoscet, docē iu-
stum & incrementū se iusticiæ tua doctrina ac-
cepisse nō dissimulabit.

10 Initium, & precipua basis solidæ sapiētiæ, est
reuerentia erga Dominū, & noticia (trini quidē
sed vnius tamen) sacrosancti Domini Dei vera
est prudentia.

11 Vtiq; per me (inquit Dominus) multiplica-
buntur tibi vitæ dies, sapientia aūt & pruden-
tia augebunt tibi numerū annorū vitæ tuæ.

12 Si sapientiæ studio incubueris, sapienter tibi
consulueris, si vero nugaces ineptias sapientiæ
p̄tuleris, solus insipiētia tua præmia digna feres.

13 Insipientia similis est mulieri per oīa stul-
tæ, quæ quū sit loquaciter obstrepera, nihil p̄-
ter meram, & stolidam insciti ā crepat, nec; em
quod dignū sit scitu, quic;q; nouit.

14 Interim tamen collocat se pro foribus dom⁹
suæ in sella, imo & in æditissimis ciuitatis locis.

15 Vt cōmodius acclamare possit ijs qui iter fa-
ciunt per viam, & recta incedūt, p semitas suas.

16 Quisqs fuerit rerū imperitus, si peritus fieri
voluerit huc à cepto itinere deflectat ad me, ve-
cordem quoq; blandis verbis ad se pellicere co-
nabitur.

17 Non ego vos, inquiens, ad illa tetrica sapien-
tiæ dogmata, sed ad ea quę furtim semotis arbi-
tris fiūt, ea em̄ simillima sunt aquis, quas furtim

depoſito pudore, tanꝯ dulciores auidius haurit
ſitiens, & cibo quem ad eũdem modũ quis fur-
tim cõmedit ęſuriens, ſapidior eſt ꝯ ſi cũ pudo-
re vidẽtibus alijs nõ quantũ deſyderet accipiat.

Quicunꝯ aũt illius impoſturis crediderit, is 18
plane ignorat, ibi, quo illa viam cõmonſtrat, lo-
cum eſſe inferorũ, & perpetua morte damnato-
rum, tanꝯ terribiliũ, vt vel ſolo aſpectu intuen-
tes occidere poſſint, in profundiſſimis eĩ bara-
thri locis degũt, quotquot ſecuti fuerĩt inuitati
ab ea.

CAPVT 10.

SAPIENTER ET prouerbialiter dicta Salomonis, filiꝰ 1
ſapienter probus exhilarat vehemẽ-
ter patrem, e contrario vero filius
ſtolidus ſummo mœrore afficit matrem ſuam.

Nihil proderunt diuitiæ per phas & nephas 2
ſtudioſe partę, ſed iuſtitia eſt quæ ſecurũ reddit
hominem mortis perpetuæ.

Nunꝯ Dominus fame ſinet perire animam 3
hominis iuſti, improbiſſimũ vero improborum
hominũ rapiendi ſtudiũ ſic irritũ faciet, vt nul-
lus futurus nequitiæ illorũ locus ſit reliquus.

Ægeſtas illũ comitabitur qui dolis, & frau- 4
dibus diues fieri ſtudet, qui vero induſtria, &
diligentia idem agunt, diuites erunt.

Quiſquis colligit cũ oportunitas, ſeſe offert 5

in æstate, prudens est, quicunq; vero tum stertit, cum metendum est, in famen facit sese, & parentibus suis dedecori est.

6 Varijs gratijs ornabit Dominus caput hoīs iusti, os vero impiorum ipsa iniquitas obmutescere coget, & sine fructu sceleratam cōscientiā circumferre secum.

7 Vbicunq; mentio facta fuerit hominis iusti, quotquot aderūt laudabunt, & precabūtur bene illi, ad nomen autem impiorum, tancq; rē putrem, & fætidam, nauseabunt.

8 Vir cordatus, & sapientię studiosus, libenter admittet rectas præceptiones, stultus vero docētium labra, tancq; flagra exhorrescit.

9 Qui versatur in hac vita cādide nulli nocēs, is quocunq; iuerit securus ibit, qui vero depraauat ipse vias suas, palam perdetur.

10 Qui tacite scelerū socio innuit oculo, is perpetrabit aliqd mali, stulti vero loquacitas metuenda magnopere nō est, sed ipse dū nihil cāllat, deprehensus, stulticiæ suæ pœnas dabit.

11 Fonti viuo penniter aquas limpidas fundēti, simile est os iusti, os vero cuiusuis impij obturabit, & ob mutescere faciet ipsa impietas.

12 Qui odio persequitur aliū, subinde excitat rixas, vir aūt mansuetus aliorū multa in se peccata cęlare, & remittere potest.

13 In labijs hominis cordati inueniet à studio-

sis sapientia, stultus vero & vecors tam horret eadem illa labia quam virgam qua cedi dorsum illius solet.

Qui sapiunt reponent, & animo conseruabunt, 14
si quæ nouerũt nõ vulganda omnibus, os autẽ stulti omnia temere effutiẽtis exitio ꝓximũ est.

Opes diuitis hoc esse videntur, quod ciuitas 15
munita esse possit illi egestas vero meticulosos facit inopes, & pusillanimes.

Interim tamen opus iusti perducit ad nunc̃ 16
finiendam vitam, fructus vero, & quæ apparet hic esse impij fœlicitas, ansam illi præbet peccãdi sæpe magis, & magis.

Recta pergit ad vitam perpetuam qui obser- 17
uans est disciplinæ, quicunq; vero negligit admonitionem rectam, erroris ipse causa est sibi.

Cælans odiũ quo persequitur alterũ labijsq; 18
dissimulãs, ille metuendus est, qui vero temere ꝓfert quod gerit in animo, & cõuicijs agere cũ aduersario tẽtat, is stultior est, c̃q; vt metui magnopere debeat.

Fieri em̃ nõ potest quin is, qui multa teme- 19
re loquitur, subinde peccet, eaq; effutiat quę tacuisse satius fuisset, & propriæ causæ officiant, q vero labia sua compescens, cũ ratiõe quę optet loquitur, is prudens est.

Labia iusti eruditione sua pascent multos, ꝑ 20
hominẽ aũt vecordẽ fit, vt morianť stolidi plurimi.

21 Electissimo argẽto similis est lingua hominis iusti, cor aũt impiorũ, & omes illorũ conatus sũt tan q̃ res nihili.

22 Benignitas Domini ipsa est quæ sic beatum faciet iustũ, vt nihil sinat molestiæ perturbare fœlicitatem illius.

23 Quã facit nihili ridere, ad quod natura ꝓnus, est stultus, tam facit nihili opere perpetrare q̃c quid illi scelerate stolidus animus suggesserit, sapientiæ vero studium virũ prudentem facit.

24 Quod metuit impius illud eueniet illi, quic gd vero sperãt iusti Domin⁹ copiose dabit illis.

25 Flatu vnius paululũ tempestuosi venti auo labit impius nũq̃ rediturus amplius, fundamẽ tum vero hominis iusti firmũ erit perpetuo.

26 Quam est mœlestũ dentibus acetũ, vel oculis fumus, tam est molestus piger, & ignauus nuncius ijs qui miserunt illum.

27 Reuerentia erga Dominũ augebit numerum dierũ vitę, sed anni impiorũ pauciores erunt, q̃ alioqui futuri fuerant.

28 Quod expectãt iusti cum summo gaudio accipient, quod autem sperant impij, nequaq̃ cõtinget illis.

29 Firmũ prẽsidium est homini cãdido, via quę illi commonstrata est à Domino, exitium vero vndiq̃ imminebit sceleratis mandatorum illius desertoribus.

Iustus loco suo nũcꝫ mouebitur, impij vero 30
in terra durare non poterunt.
Os iusti redundabit sapiẽtia, lingua vero quę 31
prauis afuerit perdetur.
Labia iusti nouerunt quæ gratiosa sunt apd' 32
omnes, os vero impiorũ nõ nisi praua, & ingrata
omnibus.

CAPVT 11.

STATERAS DO-
losas abominaf Dominus, pondus 1
vero iustum placet illi.
Quocũcꝫ iuerit vir arrogans co- 2
mitabitur illum contemptus prę se aliorũ, mo-
deste vero sapiẽtes ineptias illi⁹ ferent patiẽter.
Innocentia iustorũ tutabitur eos quocunꝫ 3
fuerint, sceleratorũ hominũ iniquitas pdet illos.
Nihil proderũt diuitiæ contra iram Domini, 4
sed iustitia eripit iustum à morte.
Iustitia insontis planam faciet viam per quã 5
iturus est ipse, econtrario vero per ipsam ipsius
impietatem corruet impius.
Iustitia rectorũ tutos faciet illos à malo, scæ- 6
leribus vero proprijs scelerati comprehendent.
Cum moritur homo impius perit illi omnis 7
spes, & quod impij conatibus suis confecturos
se sperabant irritum fiet.
Iustus à periculis, in quę impij adducere co- 8
nant illũ, eripiet, impi⁹ vero illi⁹ loco ĩcidet ĩ ea.

9 Suo ore impius etiam amicum perdet, prudentia vero iusti reddentur, ab illorum insidijs iusti,

10 Ob fœlicitatẽ iustorũ exultabit tota ciuitas, & cũ perierint impij ingens excitabit plausus.

11 Bene namq; precantibus iustis exaltabitur ciuitas, ob blasphemum vero impiorũ os subuertetur.

12 Despicit proximũ suum, is qui mentis inops est, vir aũt prudens patienter fert cõtẽptũ illi.

13 Perfidus susurro in hoc obambulat, vt quod ab vno aliquo audiuit secreto id reuelet alteri, fido aũt pectore præditus cælat quicquid fidei ipsius commissum est.

14 Vbi sine consilijs sunt principes, corruet populus, nõ saluus esse nõ poterit, quũ illi adsunt multa præditi industria.

15 Male mulctabit qui spondet pro ignoto, qui quis ergo assspondendo cauet sibi, is a metu exactoris securus erit.

16 Sicut mulierẽ decet forma cum gratiositate coniuncta, atquæ ob eam laudatur, ita viros fortitudo, & industria, quibus comparare possint diuitias.

17 Vir interim humanus sic studet conquirendis diuitijs, vt rationem tamen habeat suæ valetudinis, inhumanus vero corpus suũ cruciat, & sæpe minus agit.

Opus quod facit impius mẽtitur fructũ, quẽ 18
frustra sperat ille prouenturũ, qui seminat iu-
stitiam, & exercet se in illa, veram & durabilẽ
perpetuo mercedem accipiet.

Sicut iustitiæ sectator per eam pergit ad vitã 19
æternam, sic qui sectator est nequitię per eam ad
mortem pergit perpetuam.

Abominat̃ Domin⁹ quotquot sunt animo 20
deprauato, amat vero vehementer qui candide
faciunt, quæ faciunt.

Præsto est vltio diuina, & veluti sublata in 21
altum manu, minatur se vlturã tyrãnidem im-
pij, quare sceleratorum nemo manebit impuni-
tus, iusti vero nõ solũ ipsi liberabuntur ex oĩi
angustia, sed & posteri illorum propter ipsos.

Anulo aureo, rostro semper versantis in lu- 22
to suis, appẽso, similis est est mulier formosa sed
rationis, & pudoris expers.

Desyderium iustorũ nõ potest nõ esse bonũ 23
& gratiosum, quod vero desyderãs expectat im-
pius, dignum est odio omniũ.

Est qui de suo impartit pauperibus & d tior 24
fit assidue, est e contrario plus æquo tenax, & p
hoc maxime, contra q̃s sperauerat, redigit̃ ad in-
opiam.

Homo qui pio animo largitur alijs, illius oĩa 25
pinguia & copiosa fient, & qui sitienti potũ be-
nigne suppeditat, illi quoq; qd̃ bibat nunq; de-
erit.

26 Qui coaceruatũ in granarijs frumentũ tempore charitatis vendere recusat, illũ execrabuntur singuli e populo, bene vero precabunt capiti illius qui vendit.

27 Qui sectatur id quod bonũ est, & honestũ, inueniet quod illum vehemẽter oblectet, quis quis vero sectator fuerit malitiæ assequet eam, & sero sentiet quale illud fuerit cui⁹ studio tantope delectatus fuerit.

28 Qui fiduciam suam ponit in diuitijs corruet, iusti vero tanq̃ ramusculi arboris semper virẽtis florebunt.

29 Quemadmodum is qui rimosam patit̃ esse domum suam perpetuo infestatur à vento, sic vir sapiens, & cordatus si stolidum ferat ministrum intollerabiliter molestus assidue erit illi.

30 Fructus quem profert iustus similimus est fructui arboris perpetuam dantis vitam, & sapiens tutos reddet quotquot ex animo auscultauerint illi.

31 Ecce si ne iustus quidem (vt in terra iusti esse solent) liber erit ab incõmodis huius vitæ, sed ferre cogetur multa, ijs quæ peccatoribus debẽtur, simillima, certe qui impie exlex est & peccator multo magis pœnas dabit.

CAPVT 12.

QVI DISCERE cupit, amantem esse oportet scientiæ 1
qui odit rectã admonitionẽ is stolidus erit perpetuo.
Vir cãdidus, etiamsi auidissime haurire voluerit, quantum cupit boni, accipiet à Domino, 2
virũ vero excogitandis sceleribus deditũ, impietatis pœnas dare compellet.
Debilissimũ fundamentũ est impietas, & qs 3
quis hominũ illo nititur diu stare nõ poterit, radix vero, & basis iustorũ nunq̃ conuelletur.
Matrona constanter proba, non minus ornamento est viro suo, q̃ corona capiti esse solet, e 4
contrario tanq̃ putris medulla intra ossa viri, est propudiosa mulier, & se, & maritũ suũ infamãs
Cogitationes iustorũ respiciunt quod æquũ 5
est, & rectum, cõsilia vero impiorũ, in dolis nectendis, & fraudibus, tota sunt.
Quare impij fraudulentis verbis insidiari q 6
dem conabuntur vitæ iustorũ, sed prudens rectorũ sermo, iustos ab ĩtẽtatis calũnijs liberabit.
Vbi subuerterit semel Dominus impiũ, nusq̃ 7
amplius comparebit, domus vero iustorum sic fundata est, vt à subuersionis metu libera, perpetuo statura sit.
A prudentia sua laudabitur vir prudens, qui 8
vero malis artibus neglecta prudẽtia depranauit animũ, ostentui erit omnibus.

9 Fortunatior est qui de se humiliter sentiens, habet vnde, & se & vnum seruulum sibi alere possit, illo, qui se Thrasonice iactans non habet panem quem cõmedat.

10 Rationem habet salutis familiæ, & pecoris sui, vir iustus, viscera vero, & clementia impiorum sunt, qualia cuiusuis crudelissimi tyranni esse solent.

11 Qui colit terram suam habebit ad saturitatẽ vsq; panis satis, qui vero, omissis necessarijs negotijs, sectatur nugas captus est mente.

12 Studet impius laqueos nectere pijs mortiferos, verum quanto conabuntur hoc illi magis, tãto Dñi beneficio radices suas iusti agent alti⁹.

13 Sua ipsius iniquitas virũ sceleratũ illaqueabit, euadet autem omne periculũ vir iustus.

14 Propter fructum quẽ facit ore suo alios instituens vir iustus, rependetur illi omnimoda omniũ bonorũ copia, & reddet Dominus vnicuiq; premiũ respondens operibus illius.

15 Cum stultus omnia sine consilio faciat, sibi ipsi tamen sic placet, vt nullius velit alterius consilium sequi, quisquis ergo sapit, cordatiorũ se, consilio obtemperet.

17 Stultus quocũq; tempore cũ aliquo de quauis re tractauerit, palam fiet furiosum esse illũ, q furias illi⁹ patiẽter nouit dissimulare astut⁹ est

18 Quisquis nõ nisi vera loqui consueuit, is te-

ſtabitur, in iudicio interrogatus, id quod res eſt, quiſquis vero deprehenſus fuerit falſa pro veris contra inſontem affirmare, eũ virũ eſſe oportet qui fraudes, & dolos ſępe exercuerit.

Eſt inter falſos iſtos teſtes nõ infrequẽs, qui 18
tam nocet loquendo, q̃ ſi ſingula verba, ſingu-
li eſſent ictus gladij acuti, lingua vero ſapientũ
nõ ſolum neminem ledit, ſed ſępiſſime numero
etiam leſis ab alio, medetur.

Qui labijs ſuis nõ niſi vera loquitur ſtabilis 19
erit perpetuo, vix momento temporis durabit
quiſquis linguam ſuam aſſuefecit mendacijs.

Qui animo tacite cogitant quibus artibus ſe- 20
minare diſſidia queant (quod peſſimũ eſt in re-
publica) illi fraudibus ſuis multos grauiter læ-
ſos mœrore afficient, ecõtrario qui hoc ſuis cõ-
ſilijs præſtant vt concordia ſit inter ciues, is le-
tiſſimæ pacis author erit.

Iuſto de improuiſo nihil nocebit eorũ malo- 21
rum, quæ ab impijs illis parantur ſed impio ob-
uia quęq̃ periculorũ grauium plena ſunt.

Abominatur Dominus labia aſueta menda- 22
cijs, incorrupti aũt iudices, qui quod æquum eſt
faciunt in iudicio, & falſos illos execrantur te-
ſtes, vehementer grati ſunt illi.

Homo longo rerum vſu callidior factus non 23
oẽia palam effutit, ſed plurima cęlat, prudentia
aũt ſtultorũ tam eſt nulla vt palam ſublata vo-

ee euomat quæ habet in pectore omia, & stulticiam suam prodat.

24 Qui manibus, & industria sibi auri copiam pepererunt, ij imperium accipient in reliquos, q vero otiosa fraudulentia idem tentant, diuitias nõ assequent, sed tributarij fient industrijs illis.

25 Cum mœrore afficit cor cuiusuis viri, ob nõ successum rerũ suarũ animũ demittit desperanti similis, si lętus iterum afferatur nuncius animum resumit cum gaudio.

26 Non parua est res qua præstat iustus propi quo suo nõ iusto, via enim qua iniusti & impij gradiuntur in perpetuũ eos errorem abducet, à quo tutabitur iustitia iustum.

27 Non satis assare, & esui aptam facere poterit prædam suam, quã circumueniendo alios nact⁹ est scelerarus, quin capiatur prius ipse, ille vero opes prędiosę, & durabiles sunt, quas sua industria vir bonus conquesiuit sibi.

28 Per viam iustitię itur ad vitã, & in recta illa, & cõpẽdiosa sapiẽtiæ via nihil latet mortiferũ.

CAPVT 13.

1 ADOLESCENS sapientiæ comparandæ studiosus, libenter auscultat dum ã patre docetur, nugarũ vero sectator impatienter fert si offitij sui paulo acrius admoneat.

E fructu quẽ sibi fecit quiuis bonus vir, co

medet cibũ suauissimũ, animia vero sceleratorũ
e suo fructu cibũ comedet scelerato, & furioso
homine dignum.

Qui gerit curã oris sui ne tacenda loquatur, 3
idem ille curam gerit salutis animæ suæ, quisqs
imprudẽter effutit quicquid in buccã venit illi,
is exitio proximus est.

Appetit, & nihil conquirit quo famem sedet, 4
piger, eorũ autem qui strennui sunt, anima im-
pinguabitur, habebũtq; quo necessitatibus natu
ræ copiose succurrãt.

Ab omni mendacio abhorrebit iustus, impi⁹ 5
vero sumno studio conabit mendacijs traduce-
re insontem, & infamare.

Iustitia tutabitur cõtra omnia aduersa insõ- 6
tem, ipsissima impietas perdet deditũ peccatis.

Sunt qui iactant opes suas, cum nihil habeãt 7
penitus, sunt econtrario paupertatẽ simulantes
cum habeant opes plurimas.

Interim & diuitiæ sua habent incõmoda, di- 8
uitibus em̃ strui solent insidiæ, & captus ob di-
uitias diues, sæpe vitã redimere cogitur diuitijs
suis. Is vero qui pauper est ab eiusmodi insidijs
liber, nullũ audit strepitum minantis.

Iusti similes sunt soli clarissime cũ volupta- 9
te spectantiũ orienti, impij vero lucernæ, tantũ
nõ extinctæ, & grauiter olenti.

Qui multis verbis, sophistarũ more, pertina- 10

citer aliqua de re contendit, nihil aliud ꝯ sine fructu rixas excitat, qui cum iudicio argumentum aliquod modeste tractant, illi cũ fructu sapientiam docent.

11 Diuitię malis artibus partę, fient assidue minores, quæ vero manibus, ac industria laborantis colligunt̃, magis indies augebunt̃ ac magis.

12 Si res, quã vehementer expectatam iam iam ad futuram sperabamus, diutius differat̃, ægrũ facit animũ, vbi vero tandẽ copia eius facta fuerit, similis fit arbori quę salubri fructu suo vulnus illud sanet.

13 Si quis parere recusat recta præcipienti, pessime cedet illi, qui vero paret mandato, illi tranquilla erunt omnia.

14 Doctrina sapiẽtis est veluti fons perennis, & salutaris, per illam enim discitur, quomodo vitari possint innumerabiles illi, quibus in hac vita plena sunt omnia, laquei mortiferi.

15 Prudentia cũ humanitate cõiuncta nulli nõ erit gratissima, tota vero vita hominũ pertinaciter morosorũ, & sibi ipsis & alijs omnibus est molestissima.

16 Quiquis iam longa experientia astutior factus est, cauebit nequid faciat temere, qui vero stolidus est, palam faciet omnibus stoliditatẽ suã.

17 Perfidus, & impius nuncius incidet in inextricabile malũ, fidelis vero legatus, fœliciter cu-

rabit,quæ ad salutem pertinent domini sui.

Ægestas,& in famia manent illum,qui disce- 18
re recusat,is vero qui paret recta monenti in ho
nore erit.

Vbi quis laborando assecutus fuerit quod o- 19
ptauerat laude, & honore dignũ, gaudio afficit
merito animus illius, stulti tanq̃ rem execrabi-
lem fugiunt laborẽ discendi, molestum iterim,
& piculis plenũ est vitę genus cui assueuerũt.

Qui consuetudinẽ habet cum sapiẽtibus sa- 20
piens & ipse fiet,si quis vero,à studijs abhorrẽ-
tes docere voluerit stultos,pro pio conatu mer-
cedem pessimam recipiet.

Peccatores comitabitur calamitas,iustis vero 21
dominus rependet mercedem optimam.

Vir bonus vita fœliciter peracta, heredes re- 22
linquet filiorum filios,reseruabunt insup iusto
opes peccatoris orbi.

Plurimũ frumenti eorum proferet nouales, 23
quos paupertas docuit diligenter colere eũ, aliũ
vero,ob neglectam agriculturæ peritiam,fructu
destituet ager.

Pater qui parcit virgę dũ vti illum decet ea, 24
peius consulit filio,q̃ posset hostis, is vero qui
vere amat filium suum sedulo illũ erudiet,sum-
mo incipiens mane.

Iustus habebit copiam rerũ maiorem, q̃ na- 25
tura ipsius requirat,venter vero impiorũ inanis
erit.

CAPVT 14.



1 VÆCVNQVÆ, sapit mulier operam dat vt domum ꝯ instructissimã reddat, stolida vero, alterius opera. extructam, suis manibus euertet.

2 Candide, & inoxie versaꝫ facile inter hoies, quisquis reuerẽs est dei, impurus vero, & prauꝰ nõ solũ nihil facit boni ipse, sed ridet etiã eum qui cultor est domini.

3 Stulti fastuosa lingua magis ledit, ꝯ flagellũ,

4 labia vero sapientum custodient illos. Vbi non sunt boues qui exerceãt agros necesse est nihil inferri ĩ horrea vnde possit impleri præsepe, copiosissimi aũt ibi erunt prouentus vbi fortitudine tauri arantur agri.

5 Qui ab ineunte ætate loquẽdis veris assueuis, nunꝯ induci poterit vt falsum testetur contra alterum, qui assueuit mendacijs, vel sua spõte testis falsus fiet.

6 Homo futilis, & nugator rapitur aliquando impetu quodam ardenti ad sapiẽtiæ studiũ, sed quia ĩeptijs, animũ iam olim habet occupatum, nihil assequitur, sapientia vero, & rerũ cognitio, homini cordato, sese facilem præbet.

7 Si libet experiri, obuiam vade stulto, & comperies ex sermone illius, nihil esse ĩ toto homine, ꝯ prudentiam, minus.

Qui studiosus est sapientię solertẽ facit ipsa, & ducet recta quo eũdũ erit illi, stulticia vero à recta via per deuia in errorem abducet. 8

Quisquis e numero stultorũ vnus est, aliorũ erratula assidue narrabit, & author odiorũ erit, inter candidos vero mutuus est amor, & beneuolentia. 9

Cor agnoscẽs, & patiẽter ferens animi molestiã, tãcp̃ à Deo ad tempus immissam, id tandem explebitur gaudio quod nihil habebit tristitiæ admixtum. 10

Domus cũ familia impiorũ subuertetur, tabernaculum vero iustorũ semp̃ virens, & floridum erit. 11

Est vitę genus quod cuiuis arridere, & rectũ videri principio possit, sed qui finem spectat, videbit eos qui sic viuunt recta via proficisci ad p̃petuam mortem. 12

Quem enim nõ delectãt principio loci, & risus, & tamen ĩj quoq̃, comitem habent mœsticiam animi, & vix dum finito gaudio, sępe succedit luctus. 13

Mercede operũ suorum ad saturitatem vsq̃, implebitur quisquis contemptor fuerit prudẽtiæ, & suo fructu quem veluti arbor optima p̃feret, satiabitur bonus vir, & prudens. 14

Qui rerũ imperitus est, & omnibus credit, is facile decipitur, cordatus vero, & sagax diligen- 15

ter expendit qua eundū sibi sit, & qd faciendū.
16 Vir sapiens, periculorū metuens, fugit quod damno illi esse possit, stultus vero præcipitat se & se securus nimium.
17 Pronus ad iram designabit rē stultā, & malęuolus, prauis suis cogitationibus alijs malum machinans, odio erit Deo & hominibus.
18 Tanctę agnatam, & hereditario iure à parentibus acceptam habent stulticiā ignaui, nullę recedunt ab ea, vt discant quæ scire cōuenit eos.
19 Prostrati iacebunt mali ante bonos, & impij ante fores iusti.
20 Etiam à veteri amico odio habebit pauper, diuitum autem amici sunt plurimi.
21 Qui contemnit propinquum suum peccat, q misericordię affectu tangitur erga pauperes, beatus erit.
22 Errare comperientur tandem maxime q ex cogitandis nūc artibus malis studēt, suos vero fauore Dominus prosequetur, & perpetuo stabili bono, donabit eos qui prodesse studēt alijs.
23 Cuiusuis laboris fructus esse aliquis potest, vbi vero motis labijs de rebus gerendis disputatur tantum verbis, fructus sequetur nullus, sed inopia erit summa.
24 Instar coronę ornamento sunt sapientibus, qui vti sciunt eis, diuitię ipsorum, stulticia vero, stulti, etiāsi dives, ipe fuerit, ipsissima erit stulti-

(cia.

Eripit, pclitates de vita hominis testis ve- 25
rax, dolosus vero mendacijs contra insontes
assueuit.

Reuerentem Domini cultum comitabitur 26
securitas, & fiducia contra omnia aduersa, quin
& in filios iusti beneficus erit, & fiduciam illis
tribuet Dominus.

Reuerentia Domini fons est, & origo perpe- 27
tuæ vitæ, fugere namq; docet peccata quæ retia
sunt mortis perpetuæ.

Multitudo populi ornamento est regi, pau- 28
citas vero & infamé reddit, & anxiũ principẽ.

Longanimitas in viro argumentũ est magnę 29
prudentiæ, qui vero est animo leuiter irritabili,
palam omnibus faciet stulticiam suam.

Præcipua corporũ valetudo pendet ex sa- 30
nitate mentis, putrefactio medullarũ quæ intra
ossa latent, nascit ex animi pturbati noxijs affe-
ctibus, quorũ pręcipuus est ex aliena fœlicitate
cõcepta inuidẽtia, & ęmulatiõe vincẽdi studiũ.

Qui opprimit pauperẽ cõtumelia afficit Deũ 31
authorem illius, re ipsa, ostendere volens impo-
tentiorem esse Deũ, cũ quem talem fecit, possit
etiam à violẽtia ipsius liberare, Is vero dominũ
factorem omniũ honorat qui pius est in ęgenũ.

Propter sceleratam vitam suam penitus sub- 32
uertet impius, iustus vero etiã in ipsa morte cer-
tã cõcipit erga, se de Dñi benignitate spem.

33 In animo viri cordati suauiter quiescit sapi-
tia, cõtumelioſe ẏo expellet pectore ſtultorũ
34 Vera iuſticia extollet gẽtes, ſimulata ẏo pie-
tas populorũ atheorũ, etiã peccato obnoxia eſt.
35 Merito amat Rex ſeruũ cordatum, & iraſci-
vehementer ſtulto pudenda deſignanti.
36 Prudens enim cordata, & ob id gratioſa ora-
tione placat quantũuis iracundũ, ſtolidus vero
odioſis, atq; ob id moleſtis verbis, iritabit alios
qui placidiſſimum.

CAPVT 15.

1 LINGVA SAPIentis cum gratia, & fructu docebit
digna ſcitu, ſtolidus vero nihil aliud q̃ futilit aſſidue crepabit ſtulticiam.
2 Vbiuis locorum præſentes, conſpiciũt oculi
Domini omnes, ſiue boni fuerint, ſiue mali.
3 Lingua quæ ſana & ad rem pertinentia loq-
tur, ſimilis eſt arbori quæ ſalutari fructu ſuo vi-
tam, progat in immenſum, quæ vero prauis af-
ſueuit, vulnus infligit animo.
4 Stolidus execrabitur doctrinã patris ſui, q;
quis vero libenter admoneri ſuſtinet, is prudẽ-
ter ſagax fiet.
5 Domus, & familia iuſti omniquaq; munita
eſt ſæcuritate prouentus, vero impij quantũ-

uis multus periculo semper obnoxius erit.

Labia sapientū, in usus multorū, late diffun- 6
dent, quæ ad scientiam comparandam faciunt,
cor vero stultorū adnihil minus est aptū, & vt
reddat quemcp doctiorem.

Sacrificiū impiorū abominatū Dominus, pre- 7
cato vero bonorū gratissima est illi.

Abominatur dominus viam, & studiū omne 8
impij exlegis, eum vero qui sectator est iusticiæ,
prosequitur amore.

Omis ad bonū exhortatio molesta est ei qui 9
ambulare mauult pauia, & per viā rectā, interim
quisquis odit correptionem stolidus, mortē cō-
ciliabit sibi.

Locus inferorum, & quicquid nulli alij usq; 10
cognitum, & veluti deperditum in abditissimis
locis latet, oculis domini patet, quin & cogita-
tiones penitissime herentes in cordibus poste-
rorū Adæ illi notissimæ sunt.

Nequaq; amabit scurra nugis deditus, corri- 11
pientem illum, nihil minus facict libenter, & vt
sapientibus sese docendum cōmittat.

Cor lętum exhilarat, & vultum decorat, q- 12
cunq; vero molestia affectus est, tristem esse, &
fractum oportet animum eius.

Cor prudētia prædītū, diligēter inquiret quę 13
scitu digna sunt, & alijs impertiet, os vero stoli-
dorum nullo pascit alio, & mera stultitia, audi-
tores suos.

14 Vniuersi dies pauperis si cum vita diuitū cō
ferantur incōmodi, & malorū plurimū haberi
videntur, sed si spectes cor illorū quod liberum
sit à curis, & à sceleratæ conscientiæ, lętiorē iudi-
cabis & fœliciorem esse ijs, qui cōiurantur assi-
due cum alijs.

15 Melius enim est quiddā cum reuerētia do-
mini, & cum tranquillitate, diuitijs plurimis cū
inquietudine animi coniunctis.

16 Hilarius est cōuiuium in quo nihil præter vi-
rentes herbas apponitur, modo sit mutuus cō-
uiuarū inter se amor, prādio, quod boue ad præ-
sepe saginato, magnifice quidē instruit, sed cō-
uiue capitali interfese odio dissident.

17 Vir iracundus excitabit rixas, mansuetus vo
& ab iracundia alienus sedabit excitatas.

18 Nihil molestius neq; inamœnius est illo ge-
nere vitæ quod piger, & ignauus amplectit, si-
mile namq; est viæ vepribus, & sentibus q̄ im-
peditissimæ, econtrario vero iucundissima est at
lacriter iustorū, similisq; est viæ stratæ æqualiter
lapidibus magnis, & eleganter politis.

19 Filius sapiens operam dabit vt exhilaret pa-
trem, stolidus autē homo vilipendet & matrem
propriam.

20 Stulticia sua placet sibi qui captus est mēte,
is vero qui prudentiæ studiosus est vir, operam
dat vt recta tendat ad id quod solido possit gau-
dio explere illum.

frítas, & contemnendas fore nemo dubitet 21
cogitationes consilio destitutas, quę vero multi-
tudine consulentiū concepta est, ea stabilis erit.
Merito delectabit virū si ad interrogata respō- 22
dens ore suo, bene cōsuluerit alteri, res ēm eue-
nięs quo tempore sperabatur & predicta fuerat,
mirū in modum bene habet eum cui contingit.
Via ducens ad perpetuam vitā, quę apud su- 23
peros est, curæ est prudenti vt ambulet p illam,
quare curabit q̄ maxime recedere ab æterna
morte qua apud inferos multantur damnati.
Domū superborū demolietur dominus, sta- 24
biles vero faciet terminos, contemptæ ab illis,
viduæ.
Abominatur dominus cogitationes viri sce- 25
lerati, hominū vero candidorum etiā verba ipa
gratiam habent summam.
Subuertet domū suam auarus auide nimiū 26
per phas & nephas, munera extorquens contra
insontes, qui vero osor talium est munerum, se-
curus viuet.
Animus iusti diligēter expendit quid respō- 27
dere in iudicio interrogatus debeat, os vero im-
piorum incunctanter loquetur aduersus inson-
tem noxia.
Quare procul abest dominus ab impijs, pre- 28
cationem vero iustorum præsens exaudiet.
Quod lumine oculorū cora adesse videmus,

diu desideratum, exhilarat cor, nuncius vero de re adhuc absente allatus bonus, bene habitū, & pingue reddet corpus.

30 Auris quæ audit libenter admonitionē salutarem, cuiuscunq; ea fuerit, is inter sapiētes, vn⁹ ex illorum numero factus, habitabit.

31 Qui discere recusat negligit salutē animę suę, quisquis vero obtemperat recta monēti, acquirit prudentiam animo suo,

32 Reuerens erga dominū humiliatio, efficacissima est ad sapientiā institutio, sicut ī alijs quoq; per humilitatem ad veram pueniō gloriam.

CAPVT 16.

1 HOMINIS QVI Dēi est varia versare in animo, & quatenus potest disponere, verū dispositionis summa, & ipsa elocutio Domini beneficium est.

2 Vniuersæ vię candidi viri expositæ sunt oculis ipsius domini, & expendit diligentissime, etiam singulas quantūuis spiritales, & subtiles cogitationes, Dominus.

3 Quare cōmēda ipsi Domino opera tua, hoc enī si feceris, stabilia erūt, & rata consilia tua.

4 Vniuersa namq; fecit Dominus propter ipsum iustum, & quod mirū videri possit, etiam impiū, destinatū alioqui diei quo pereat mali

Abominatur dominus omnẽ qui elato est a- 5
nimo, & iam nunc vltricem manũ propinquam
habet sceleratis conatibus illi⁹, nequaq̃ eũ im-
pune faciet, quæ facit.

Pietate cum fide coniuncta expiabit admissa 6
iniquitas, vt aũt fugere quis possit ne in iniqui-
tatem incidat, nullũ præsentius est remediũ ti-
more, quo metuitur ne dominus offendatur.

Cum domino gratæ fuerint vię viri cuiusq̃, 7
sic salua erunt illi oĩa, vt etiã inimicos redire
in gratiã cogat cum illo.

Melius est paululũ iuste partũ, q̃ multitudo 8
diuitiarũ cum aliorum iniuria congestarum.

Animus hominis cogitat quidẽ, qua via qđ 9
in animo habet, perficiat, dominus vero est qui
gressum illius dirigit, & successũ prebet, pſperũ.

Certissima, & veluti, diuina quædam oracu- 10
la esse decet, quæ cunq̃ pronũciat Rex, ne in fe-
renda sentẽtia aberret os illi⁹ in pernicẽ alteri⁹.

Pondus, & statera iusta, placẽt domino, qcqd 11
eĩ fecit vnq̃ ille, modis omnibus iustũ habet
pondus.

Maxime decet Regẽ cauere ne quoquomo- 12
do admittat impietatem, nulla eĩ alia re magis
stabilitur soliũ regni illius, q̃ iustitia.

Gratissimi esse debent Regi qui labijs quod 13
æquum, & istum est loquũtur, & eũ, qui quę iu-
sta & vera sunt loqui cõsueuit, amore prosequi

regiã illius maiestatem maxime decebit.
14 Ira Regis similis est nũcijs, qui in propinquo
mortem adesse nunciet, vir autẽ sapiens sedare
sciet illam.
15 Hilaritas, quæ relucet in vultu Regis, vitam
promittit, & favor illius tam est gratus, q̃ nubes
quæ desideratam promittit pluuiam.
16 O quanto melius est acquirendæ sapientiæ
studere, q̃ vllj auro & possidere prudentiã præ-
stantius, q̃ argentum.
17 Quisquis per semitam hominũ iustorũ am-
bulare constituit, illum oportet procul à malitia
discedere, quisquis eñ rationẽ habet salutis ani-
mæ propriæ, is obseruat ne deflectat à via illi
ad eam consequendam commonstrata.
18 Quod quis e loco suo deijcitur, in causa esse
solet superbia, & causa ruinæ arrogantia animi.
19 Quare melius est sic demittere spiritũ, vt ab
arrogãtia quam remotissime recedas, & mode-
stis similem fieri, satius est, q̃ participẽ spoliorũ
cum superbis.
20 Vir prudens ex animi modestia consequetur
bonũ, & quisquis fiduciam suam nõ in rapinis,
sed collocat in domino, modis oñib⁹ fœlix erit.
21 Quisquis sapientiæ studio cor habet exerci-
tatum, is prudens, & ad intelligẽda quęquis ido-
neus habebitur, & hæc sapientiæ dulcedo e pe-
ctore in labia emanabit, ac assidue incrementũ

accipet maius, & maius.

Prudētia, viro qui prędītus est ea, instar pu- 22
tei erit, vnde copiose haurire possit, quę ad vitā
conducunt perpetuam. eruditio vero stulti nihil
ꝯ stulticia mera est.

Cor sapiens prudēter loqui docebit os, & la- 23
bia sua sic exercens, efficiet vt assidue loquatur
prudentius.

Fauo mellis suauior est sermo gratiositate cō- 24
ditus, dulcedine enim sua demulcet animum, &
alacritate afficit corpus.

Est via quę videri prīcipio possit cuius recta, 25
sed si quis penitius eam considerauerit, exitum
illius mortem esse comperiet.

Quantumuis summo quispiam studio labo- 26
ret, hoc labore suo consequitur, vt habeat quod
suppeditet ori famelico, & cibum flagitanti, ne-
ꝯ alium capit fructum ex eo.

Vir cui superna curę nō sunt, sed mancipiū 27
est diaboli, is tāto studio nocere cupit, vt nihil
ꝯ foueas in aliorū perniciem fodere videatur,
& sermo labiorum illius simillimus est igni ob-
uia quęq; incendio vastanti.

Vir ab omni ꝓbitate alienus, author erit dis- 28
sidij vbi vbi poterit, delator ꝟo, & susurro etiā
ducem alienabit à populo.

Vir sceleratus studiose conabit̄ vicinū suū 29
fallacijs pellicere ad eadem, quæ ipse designat,

perpetranda scelera, ducetq; eũ per viam nihil
minus q̃ bonam.
30 Qui defixis in terram, & veluti clausis ocu-
lis totus in hoc est, vt praua & noxia alijs excõ-
gitet, & motis leniter labijs secũ mussat, is me-
tuendus est ne perficiat malũ, quod machinatur
alteri.
31 Instar honorificæ coronæ in capite, est cani-
cies in eo, qui sese exercuit in via iustitiæ.
32 Præstantior est qui iram compescit, q̃ q̃ cor-
poris robore preditus est, & qui in potestate ha-
bet animũ suũ, eo qui expugnat ciuitatem.
33 Ne fors quidem, quantũuis fortunæ obnoxia
videatur, in sinuosum sic vasculum mitti pot-
quin euentus eius omnis dirigatur à domino.

CAPVT 17.

1 MELIVS EST VEL
frustum panis absq; opsonio cũ pa-
ce, & animi tranquillitate, q̃ domus
plena conuiuiorũ, quę ex victimis
ob res fortiter gestas, oblatis, instructa sunt, cum
rixis, & animi perturbatione.
2 Seruus prudẽs dignus est qui dominet stu-
lido, & nequam filio heri sui, & vna cum reliqs
fratribus patrimoniũ diuidat.
3 Exactius, q̃ vlla fornace exploratur argen-
tum purum ne sit, an adulterinũ, vel q̃ vllo ca-

mino examinatur, aurũ, dominus rimat̃ penetralia cordiũ.

Homo sceleratus auscultat, & voluptatẽ capit ex his, q labijs suis alios iniuste accusant, & qui mendacijs assueuit, attente audit linguã scelerate pestilentem. 4

Interim quisquis vel leuiter ridet pauperem, nõ tam pauperem ipsum ridet, quam factorẽ illius Deũ cõtumelia afficit cui curæ est, & quisquis gaudet intra se ob calamitatẽ pauperis, ne quaquam erit impunitus, multo minus qui mendacijs perdere cupit illum, quantũuis eũ hæc fucate perpetrent, Deum tamen qui corda omniũ nouit latere non possunt. 5

Honori est sembus habere filiorũ probos filios, ingẽs gloria est filijs honestos habuisse parentes. 6

Sicut nõ decet stultum serius, & sermo grauis, ita principem virũ multo minus mendaciũ. 7

Sicut margarita præciosa delectat intuẽtes eã, ita munus gratũ sic oblectare solet eũ cui offertur, vt quicquid tentauerit is qui offert, prospere cedat ei apud illum cui offertur. 8

Qui cõniuet, & celat peccatũ amici sui, efficit vt magis ametur ab illo, qui vero odiose, & sepe refert quicquid vsq; audet dici, vel fieri videt nõ raro bonũ alioquin principẽ & subditos diffidere faciet inter se. 9

10 Efficatior erit letus quædam increpatio, apd virum cordatū, centum grauibus plagis apud stultum.

11 Quisquis interim rebellis est, nec paret recta monenti author sibi ipsi erit magni mali, nunci⁹ em̄ immisericors mittetur ad occidendū illi.

12 Tutius fuerit tibi occurrere vrso recens catulis suis spoliato, q̄ stulto innata sibi stultitia correpto.

13 Qui pro accepto beneficio mala refert gratiā, domū habebit ab icōmodis nequaq̄ liberā.

14 Sicut qui minimo facto foramine per aggere aquam immittit in locū decliuiorem, tandē non nisi egerrime iterū foramen illud obturare pōt, sic is qui dissidij quantumuis initio parui author est, sępe restrigere illud nō potest, quare q̄squis delatione alicuius cum aliquo sic commissus es, prius, q̄ incalescat lis, & ad cōmutāda verba vetū fuerit, cede potius aduersario, q̄ pergere velis contendere cum eo.

15 Et qui iustum pronunciat eū qui reuera impius est, & qui impietatis condemnat eū qui iustus est, abominatur dominus horū vtrūq; vehementissime.

16 Quid hoc est rei nouę quod stultus precium præceptori dandum habet in manu, nū vt eo sibi comparet sapientiā? cū animū nō habeat ad tam discendam docilem?

Quisquis vere amicus est omi tempore amat 17
amicū, qui vo frater est tm, no aliter amicus est,
q̄ quatenus natura illum instigat ad succurren-
dum periclitanti.

Homo parum cordatus facile data manu spō- 18
det periculosa sponsione pro vicino suo.

Qui gaudet lacessere aliū amantē oportet es- 19
se litis, & qui arroganter apperit labia q̄ instar
portæ sunt ori, is qd' qrit exitiū facile inueniet.

Qui prauo est, & obstinato animo nō assequ- 20
tur quod vere est bonum, & qui duplicis est lingua,
corruet in malum quod alteri parat.

Qui genitor est filij stulti perpetui sibi ipsi 21
mœroris author est, nec vllū vnq̄ gaudiū spera-
re debet pater ex filio stolido.

Animus à noxijs curis liber, atq̄ ob id lętus, 22
non minus adfert sanitatis corpori, q̄ vlla quan-
tumuis præsens medicina, spiritus vero tristis,
& inanibus curis fractus, exsicabit medullam
quæ intus est in ossibus ipsis.

Propter munus clanculum e sinu porrectū, 23
impius subuertet omnē ordinē iusti iudicij.

Sapientia in vultu cuiusuis viri prudētis re- 24
lucet, quā stultus circūlatis vndiq̄ oculis quęrit
in extremis terræ finibus.

Intollerabilis molestiæ est patri suo filius stul 25
tus, & crux perpetua genitrici suæ.

Profecto iniuria iustū afficere propter acce- 26

ptum munus nequaq̃ excusabile est, vel princi-
pes viros verberare ob id qd̃ iuste iudicauerint.
27 Moderatur sermones suos qui nouit quid ex-
pediat, & quid nõ, & qui parce cũ iudicio profert,
quæ habet in animo vir est prudens.
28 Tantum habet moderatio sermonũ boni, vt
etiam stultus si taceret sapiens videri possit, &
compescens labia sua, prudens.

CAPVT 18.

1 QVI TENETVR DE-
siderio sapiẽtiæ, is studiose quæret
nunc hunc, nũc illũ adiens, atq; hac
re fiet vt viris sapiẽtia præstantib⁹
adiungat sese.
2 Econtrario vero stultus nõ delectabit̃ sapi-
entia, sed passim faciet palã stultitiã cordis sui.
3 Quacunq; ierit impius comitabit̃ illũ con-
tẽptus præ sese aliorũ, & virũ maledicũ contu-
melia.
4 Similia aquis, ob profunditatẽ limpidissimis,
sunt verba ab ore cordati viri prolata, & flumi-
ni pleno alueo perenniter fluenti, sapientiæ fon-
turigo simillima est.
5 In fauorem impij aliquid facere nequaq̃ to-
lerabile est, maxime si per hoc cadere contingat
iustum à causa sua in iudicio.
6 Labia stulti semper crepabunt iurgia, & ser-

mo oris illius ad pugnas iuuitabit.

Os stulti comparabit interitū illi, & labia il- 7
lius laqueū nectēt animæ illius.

Verba susorronis similima sunt serijs, & in 8
aurem dictis consilijs, interim re ipsa sunt noxia
nō minus, cq̄ gladius ī penetralia vētris adactus.

Qui ignauus est ad exequendū negotiū suū, 9
is similis est ei q̄ possidet multa, sed dissipat ea

Instar turris munitissimæ est nomen, & fa- 10
uor domini, cuius auxilio fretus, quocūcq̄ volu-
erit, curret inoffense, iustus, & stabilis erit.

Opes suas diues habet pro ciuitate munita, 11
cum similimæ sint muro quidem fortissimo, sed
picto tantum.

Ante infortuniū præcedere solet fastuosus 12
animus, in viro qui illud patitur, econtrario ℣o
exaltationem, animi modestia.

Qui prius respondet, cq̄ audierit ad quid re- 13
spondere debeat, dignus est qui ob stulticiā pu-
dore afficiatur.

Animus viri fortis pacienter feret in aduer- 14
sis dolorem suum, eū vero qui fracto est animo,
& desperans quis erigere poterit?

Cor prudentię studiosum acquiret sibi varia- 15
rum rerū noticiam, & auris sapientū diligenter
auscultando ad priorem eruditionem experien-
tiam quoq̄ rerum addere conabitur.

Munus quod offert homo patefaciet omnes 16

ianuas illi, & ad potētissimos quosq; pducet illū
17 Quare ille victor sæpe cuadet in causa sua, q
prior fuerit in corrumpendo iudice, sequet po
itea aduersarius eius & frustra illum cōuenire
iure conabitur.
18 Quare præstat lites vel arbitris, vel sorte di
rimere, q̄p per corruptibiles iudices, quin & ma
ximi principes odiose inter se dissidentes, hoc mō
amici cōmodius fient.
19 Quāuis frater in peccato tam obstinatus fu
erit, vt expugnatu, forti ciuitate difficilior sit, &
dissidia sint tā acria, vt magis fratres separēt q̄ pos
sent vlla interiecta repagula fortissimi palatij, tñ
sors reconciliare tales sæpe solet, citius, q̄ summi
iuris experientia.
E fructu oris sui quisq; saturitatē accipiet v
tris sui, & linguæ suæ, pueniu labiorū q̄ suorū
20 satur fiet.
21 Mors & vita in potestate sunt linguæ, quisqs
amat illam cōmedet e fructu illius.
22 Quisquis nactus fuerit cordatam vxorē, rem
nactus est præclarā & veluti copiosissime gra
tiam hausisse à domino putandus est.
23 Suppliciter loquetur is qui pauper est, diues
proteruе respondebit illi.
24 Vir studiosus comparandorū amicorū, accō
modabit se nō inutiliter vt pertrahat quos am
bit in amicitiam suā, cōtingit em sæpe vt sic cō

eliatus benuolentia amicus, fidelius assistat ei, q̃ ipse frater germanus.

CAPVT 19.

MELIOR EST PAV- 1
per ambulans in innocentia sua, q̃ qui uis labijs suis malitiose officiens alteri, stolidus em̃ talis est.

Profecto vbi nō adest prudentia animi, non 2
potest esse stabile bonū, & qui velociter pedib? sine iudicio currit, subinde peccante impingit.

Stultitia hominis subuertet viā illius, & ca- 3
sum suum ille irato animo, imputabit domino.

Diuitiæ addent amicos plurimos, pauper etiā 4
ab eo, quem habuit amicū antea, deseretur.

Testis mēdax nō erit impunitus, & assuetus 5
loqui mendacia, nō erit liber à malo.

Plurimi reuerebuntur liberalem principem, 6
& nemo nō est amicus viro munifico.

Vniuersi fratres hominis paupis odio habet 7
illum, insuper & amici longe fugiunt ab eo, etsi mittat qui blandis verbis reuocent eos, audire sese dissimulabunt.

Qui studet imbuere pectus honestis discipli- 8
nis, is amat salutem animæ suæ, obseruare enim prudentiam ad stabile bonū inueniendū vtilissimum erit.

Testis mendax nō erit impunitus, & quisquis 9

assueuit mendacijs peribit.

Non decet stultum prosperitas, nec seruum imperiu habere in principes.

Prudentię argumentū est, homo differre diu iram suam, & gloriæ asscribetur, si veluti præteriens dissimulet peccatum.

12 Similis rugitui leonis vorare cupientis, est ira regis. econtrario tam gratus, q̄ ros cadés super herbam, fauor illius.

13 Intollerabilibus molestijs afficit patrē suū filius stolidus, & tecto iugiter perstillante molestiores

14 sunt rixæ mulebres.

Domū, & amplum patrimonium hereditario iure relinquunt sepe filijs parentes, manifestū autem dei donū est vxor prudens.

15 Pigritia immittit soporem, & homo ignauus esuriet merito.

16 Qui custodit mandatū is curam gerit salutis animæ suæ, qui vero negligit vias rectę viuendi præscriptas sibi, ante tempus legittimū morietur.

17 Ad vsuram dat domino quisquis misericordiæ affectu donat pauperi, & mercedem pluries tali pietate dignam persoluet illi dominus.

18 Castiga filium dum spes est vt melior fiat, ad fletum, & clamorē illius inter castigandū nihil commoueatur animus tuus.

19 Si vero crescere illum sineris in malicia, & pertinacē fieri, alit quā virgis fieri solet dabit penas.

si enim semel te remissiore erga illū exhibueris,
sæpius esse cogeris, & tandem incorrigibilis fiet
iuuenis.

Quare quisquis sapis audi consiliū, & admit- 20
te rectam admonitionem vt in ætate prouectio-
re sapiens fias.

Variæ sunt, & inconstantes cogitationes in 21
corde cuiusuis viri, consilium aut domini solius
ipsissimi & stabile erit semper.

Studere decet homine vt vere pius fiat in ali- 22
os, melior est em pauper, & pro facultate qđ pot
tribuens, qđ vir potens, qui multa promittit sed
facta non respondent verbis.

Reuerentia erga dominū maxie facit ad co- 23
sequendam salutem, & quisquis ea habuerit cos
pia rerū ad saturitate vsqꝫ oim fretus, vita fœli-
citer transiget mali expers penitus.

Abscondit piger manum suam in sinu quare 24
nec̄ quod ori admouit at eluriens habebit.

Si percusseris impostorem, is qui parū antea 25
astutus fuerat cautus fiet si vero vel verbis tm
increpaueris cordatū, prudentia assequetur.

Perdit patrem, & fugat matrē, filius qui pu- 26
dore eos, & infamia, suis sceleribus afficit.

Caue fili mi ne auicultes eiusmodi doctrine, 27
quæ te à verbis prudentiæ auocet.

Testis impius perfidia sua efficiet, vt, p vero 28
iudicetur fallum, os impij dissimulabit quam in

pectore gestat iniquitatem.

29 Parata sunt impostoribus eiusmodi, quæ nō effugient iudicia, & mallei ad cōtundenda dorsa stultorum destinati.

CAPVT 20.

1 VTILEM ESSE oportet virū qui multo vino deditus est, & turbatorem tranquillitatis aliorū qui assidue poscit dari sibi quod inebriare possit illum, quisquis aūt in sano eiusmodi vini amore captus est, is sapere nunq̄ poterit.

2 Similis rugitui leonis predæ inhiantis, est ira regis, quisquis ad iram prouocat illum, peccat in animam suam quæritq̄ exitium sibi.

3 Ingenti est laude dignus vir ille qui cessat a lite, quisquis vero stultus est libenter implicabit se illis.

4 Qui præ frigore piger arare recusabit, colligere quæret fructū in æstate sed nihil inueniet.

5 Aquis profundis, & lepidissimis similis est facultas consulendi bene in corde viri, & quisq̄s prudentiæ studiosus fuerit, dabit operā vt quātum poterit copiosissime hauriat inde.

6 Quisq̄ hominū videri cupit, & salutari vir in alios pius, verū qui bona fide quod videri vult præstat, is vir inuentu est cū rarissimus.

7 Qui ambulat comitē in oīibus negocijs ha-

bens integritatem sibi familiarem, is iustus erit
& filij, successores illius, beati.
Rex sedens in solio ad iudicandū quod iustū 8
est, solo aspectu, & oculo suo fugabit scelleratos
vniuersos.
Quis dicere poterit mūdaui cor meū, purus 9
sum à peccato quod antea fuerat in me, nec ali-
ud relquum est.
Aliud pondus, & aliud, alia mensura, & alia, 10
vtraq; hec exercratur dominus vehemētissime
Bna dum adhuc puellus est, studijs suis spe- 11
cimen de se puer prebet num purū, & rectum
futurum sit opus illius in ætate prouectiore.
Et aurem vt ea audiamus, & oculum vt eo 12
videamus Dominus in hoc fecit.
Quare nequaq; somni amans fueris ne egesta- 13
te opprimaris, quin potius oculos aperi, & e-
uigila, & cura ne desit quicq; tibi, sed habeas vn
de satur cibo.
Extenuat quātū potest id quod emere vult 14
mercator, vbi aūt factum fuerit illius, abit eorū
quæ antea damnauerat oblitus, ad ea vero quæ
placent respiciens gloriatur apud se tanq; rem
mercatus sit longe optimam.
Est aliqd magni aurū & lapides habere pcio- 15
si & verū nullo precio estimabilia sunt labia a-
ueta sermonibus prudentia conditis.
Accipere iam nunc licebit vestimentum, & 16

spoliare rebus etiã summe necessarijs, illum qui
spopondit pro ignoto, & properegrino, qui fidẽ
seruaturus non est, imo & coniecere donec ipse
persoluerit in vincula.
17 Suauis principio apparet victus qui sine labo-
re mendacijs comparatur, sed tandem pro cibo
18 suaui implebitur os illius duris calculis.
Conceptus animi sanum cõsiliũ, stabiles fa-
ciet, & quisquis gesturus es bellum, si sapis, be-
19 ne munitus consilijs aggredere illud.
Qui reuelat quod illius fidei comissum fue-
rat, is facit quod fraudulentus solet, & ergo cũ
eo qui futilis est labijs suis consuetudinem ne
20 habeas.
Quisquis maledicit patri, & matri, extinguẽ
lucerna illius priusquam iuste adueniant tene-
bræ, quibus ipsa vsui esse posset, intempestiua
enim morte morietur, & misere.
21 Hereditas festinanter in principio acquisita,
certe in fine carebit benedictione, & succellit.
22 Ne dixeris intra te rependam malũ ei qui in-
fit me, sed expecta dominũ & seruabit te, vlci-
scetq; faciet.
23 Abominatur dominus pondus fallax statera
24 q; dolosa nihil habent boni, cum sint pessimæ.
A domino diriguntur gressus viri quatum-
uis potentis, homuntio ergo quomodo scire po-
test quo eundum sit illi aut quando.

Illi aũt dominus laqueũ, ire volenti, in ꝯiciet, 25
quiꝫ inquirentur sacra deuorat, licet postꝫ captũ
fuerit, nouis votis explicare se conetur e laqo
quo captus est.

Dilperget Rex sapiens impios, & veluti in- 26
ducta super eos rota perdet illos.

Instar lucernę est dño anima hominis, qua 27
explorat quecũqꝫ, sunt vsqꝫ in penetralibus pe-
cloris.

Clementia, & animi verus candor seruabũt 28
regem, & stabilietur clementia solium, illius.

Gloria iuuenum consistit in robore corporis, 29
honor vero senũ est ipsa canicies.

Non nisi liuoribus, & vulneribus fit emen- 30
datio in homine malo, & plagis que vẽtrẽ ipm
penetrent.

CAPVT 21.

QVEMADMODVM 1
in potestate hortulani est, aquã na-
tura labilem & sequacem deriuare
quocunqꝫ voluerit, ita cor Regis
in manu est domini vt illud quocunqꝫ libitum
fuerit inclinet.

Omnis via viri recta sibi ipsi videt, verũ do- 2
minus est qui solus recte iudicare potest, expẽ-
dit eñ diligenter quale cuiuslꝫ sit cor.

Si feceris quod iustum est, & æquũ gratius 3

erit dño q̄ſi maximã illi obtuleris auri vim.

4 Impij hominis arrogantia apparet in oculis, & magnitudo ferocitatis prorumpit ex animo illius, in ſumma, omnia impiorũ hominũ ſtudia peccata ſunt.

5 Conſilia hominis ſtrenui vtiq; valebunt ad augendam rem, quiſquis vero præceps, & expers conſilij fuerit ad inopiam redigetur.

6 Quiſquis theſauros colligit lingua mendaci, is ob rem nihili & veluti ſtipulam quouis vero agitari ſolitam, conſciſcit mortem ſibi; rapacitas impiorũ perdet eos, quia facere noluerunt quod æquum erat.

Subuerſi ſunt conatus hominis impij, & à probitate alieni, quiſquis vero candidus fuerit optis illius rectum eſſe oportebit.

8 Tollerabilius eſt homini habitare iuxta angulũ ſub tecto, q̄ ferre mulierẽ rixoſam in domo tam ampla, vt concorditer viuentes capere poſſet plurimos.

9 Toto animo impius ſtudet perpetrare malũ, quare nullo miſericordiæ affectu mouebit, etiã erga illum qui familiariter amicus illi eſſe ſoleat.

10 Non aliter, q̄ſi ſuppliciũ ſumptum fuerit de impoſtore ſcelerato, reſipiſcet qui ſeductus ab illo fuerat expers prudentię, quiſquis vero prudentiam docere conabit ſapientiæ ſtudioſum operam nõ perdet, vltro eam ſuſcipiet eruditionis

prioris incrementū, is qui discit, & libenter.

Prudentior fit iustus ex obseruatiõe domus impiorũ, discit em illinc cur merito execrari debeat impios, & dignos iudicare malo. 12

Qui obturat aurem suam contra clamorem pauperis, certo certius ipse clamabit, nec exaudietur á quoq;. 13

Donũ clanculariepropitiat iram, & munus, e sinu clanculũ subostensum, sedat furorem quantumuis fortem. 14

Voluptati erit iusto facere quod equũ est, extium vero comitabitur scelerum patratores. 15

Homo qui aberrat à via qua itur ad prudentiam, is aliam requiem q; in cętu ęterna morte damnatorum, habiturus nõ est. 16

Quisquis leticiæ, & luxui sese dederit, ad inopiam redigetur, & quisquis vini, & vnguenti nimiũ amans fuerit nunq; diues fiet. 17

Præcium redemptionis iusti e periculo, erit impius, & pro liberatione rectorũ, obtrudetur sceleratus. 18

Commodius est habitare in terra penitus deserta, q; ferre mulierem rixosam, & iracundã. 19

Thesaurus præciosus, & vnguentũ optimũ, & reliquarũq; rerũ maxia copia est in domo iusti, interim stolidus homo conabit pdere illum. 20

Qui sectator est iusticię & pietatis in proximos, inueniet vitã, iusticiã cõumatã, & gloriã 21

22 Ciuitatem quantūuis fortibus præsidijs munitam sapientia sua superabit sapiens, & præterret robur fortitudinis illius.

23 Qui custodit os suū & linguam suam, ideo seruabit à calamitosis malis vitam suam.

24 Superbus, & animo elatus merito stultus, & aliorū pręsę contemptor vocabit, facit enī quę facit omnia cū fastu ridiculo, & superbia.

25 Ignaua, & sine opere, stultū spes occidet illū, laborem enī reculat subire quo sibi comparare victum posset.

26 Assiduè aliud nihil cę cōcupiscit piger, & spes sua frustrabit iustus vero liberaliter dabit, & nunq deerit quod det.

27 Sacrificiū impiorū abominatio est apud dominū, ob id maxime quod animo sceleratoo offerunt illud.

28 Testis mendax peribit, & quisquis audierit quoad vixerit dicet merito ppter falsum testimoniū periisse illum.

29 Obdurat vir impius faciē suam, & pudorem deponit, vir aūt bonus, facile deprehendet fucatum, & sceleratū animum illius.

30 Nulla sapientia nulla prudentia, nullū consilium, quicq valent contra dominum.

31 Equus quidem paratus esse potest ad committendum prælium, verū in potestate est domini tribuere cuicunq voluerit victoriam.

PRÆSTANTIOR est fama bona q̃busuis diuitijs, & melior argẽto, & auro humanitas grata omnibus. 1

Diues & pauper obuiam forte fortuna facti sunt inuicẽ, q̃ aũt hic pauper sit, illa diues, in vtroq̃ author est dominus. 2

Astutus videt futurum malũ & subducet se, incauti vero confidenter transeunt, & multant male. 3

Modestiam animi, comitabit reuerentia erga dominũ, diuitiæ præterea, honor maximus, & vita nunq̃ finienda. 4

Vita hominis prauissimillima est viæ spinis, & laqueis plenæ, quisquis ergo rationem habet salutis animę suę is procul recedet à moribus illorum. 5

Assuefac ad quicquid volueris puerũ, p modulo ætatis, & ingenij sui, certo certius futurum videbis, adhęsurum id illi, neq̃ recessurũ ab illo vllo vitæ tempore ad senium vsq̃. 6

Diues pauperib⁹ dominabit, & seruus mutuo dans, homini libero mutuum accipienti. 7

Quisquis seminat iniquitatem, premiũ accipiet iniquitate illa dignũ, & virga tyrannidis illius ad exitium perducet illum. 8

Quisquis clementi oculo aspicit pauperẽ, is 9

replebit ob id benedictione q̄ largitus est de cibo suo partem pauperi.

10 Eijce dicacē, scurrā, si á irgijs liberā cupis habere domū, cessabit namq; post abitum illius rixa omnis, & contumelia.

11 Qui amat munditiam cordis, & sic os suum instituit vt omnis sermo illius gratia sit condi-tus, is dignus est qui regem habeat familiariter amicum.

12 Oculi domini custodiūt studiosū prudentiē, irrita v̄o faciet verba & minas hominis praui.

13 Vt excuset ignauiam suam piger, cauſat̄ leonem esse foris, in medijs inquiēs plateis deuorabor, ab illo.

14 Foueę, fundo carenti, similes sunt blanditiē ab omni probitate alienarū, meretricum, cui iratus fuerit etiam ipse dominus, satis supplicij inueniet collapsus in eam.

15 Sulticia alligata est, & veluti innata animo pueruli, sed eruditione, veluti, virga, expellit̄ procul ab eo.

16 Qui opprimit pauperem vt augeat sua, is dare cogetur diuiti ob id ipsum, donec redactus ad egestatem fuerit.

17 Accommoda aures tuas ad audienda sapientum verba, cor tuum appone ad perdiscendam sapientiam quam ego doceo te.

18 Voluptatem enim capies ex eis maxima, si

summa custodia ea in animo tuo firmata fuerit
& semper versentur in labijs tuis.
Ad hoc quoq; vtilia erunt tibi, vt discas do- 19
mino fidere, & omnē fiduciam collocare in eo,
ego diligēt doceo te hodie, tu vide memineris.
An non satis diligenter descripsi tibi semel, 20
iterum, & tertio cū traderem præcepta tibi pa-
randorum consiliorū, & rerum prudentiæ.
Vt docerem te solidam sapientiā &, quatenꝰ 21
fieri potuerit, verbis veritatem ipsam, vt habeas
quod respondere possis verbis ad rei ipsius ve-
ritatem pertinentibus, jis, qui ad munus aliquod
obeundum miserunt te.
Ne in iurius sis pauperi ob id qa pauper est, 22
nec̄ opprimas humano p̄sidio destitutū iniquo
iudicio in porta.
Quia dominus patronus fiet causæ illorū, & 23
vita spoliabit spoliantes illos pauculis, quas ha-
bebant, rebus illorum.
Ne amicitiam cōtraxeris cum homine iracū- 24
do, nec cum viro furioso iter feceris.
Ne forte discas, & tu mores illorū, & per hoc 25
nectas tibi laqueū in perniciem animæ tuæ.
Ne sis vnus e numero illorū qui facile porre- 26
cta manu spondent, & obstringūt sese pro debi-
tis alienis.
Vbi enim nō fuerit tibi pecunia vnde sol- 27
uas, quid reliquū est nisi, vt lectū tuū tollat sup

quo cubare solitus es.

23 Ne transferas terminũ olim constitutũ, quem posuerunt patres tui.

29 Si vidisti virum cum dexteritate quod faciendum illi incumbit facientem, eũ crede dignũ qui coram regibus astet, & indignũ qui seruiat hominibus obscuris.

CAPVT 23.

SI SEDERE TE contigerit vt sumas cibum cũ principe diligenter considera quidnam

1 e regione tibi appositum sit, & illo contentus sis.

2 Aut veluti cultro ad gulã adhibito, compesce te, si tamen imperium habes in appetentiã animæ tuæ.

3 Ne concupiscas cibum quãtũuis delicate cõditum, illius, qui eum cibũ mendacijs, & alijs artibus malis conquisiuit.

4 Ne te multũ fatiges vt fias diues, & prudẽs scilicet illud tuo iudicio studiũ diuitias congregandi si eo teneris, remitte.

5 An non certo certius futurum est, quando aspicere eas, & voluptatem capere voles ex eis vt nusq̃ compareant? maxima eñ diligentia apprehendent, velut pennas sibi quales habet aquila & auolabunt in aera.

6 Ne comedas panem illius, cui iniquitas relu-

cet in oculis, neq; concupiscas condimenta ciborum illius.

Quæ enim loquitur, & versat in animo, ea, si obtetues, in oculo illius apparent, dicet quidē tibi comede, & bibe, verū cor eius nequaq; tecum erit. 7

Frustulū si tu delicatū comederis, reuomere cogeris, & frustra verbis tuis blandis placare illum conaberis. 8

Auribus stulti ne cōmiseris verba tua, spernet enim prudentiam sermonū tuorū. 9

Ne transferas, eum iniuria propinqui, terminum olim a maioribus statutum, neq; in agrū pupillorum, adempturus aliquid illis, quoquomodo ingrediaris. 10

Illi enim quamuis tibi imbecilles videnť, vltorem, habent fortissimū, qui & rigidissime tractabit causam illorum tecum. 11

Applica ad percipiendam disciplinā cor tuū, & aures tuas ad audienda verba quibus prudentia docetur. 12

Ne negliens fueris in puero corripiēdo, neq; metuas ne si ẏga pcusseris, cōtinuo moriať ille. 13

Tu virga illum percuties, & animam illius turam reddes ab inferis, quo, si relinquatur sibi properaturus est proculdubio. 14

Mi fili si cor tuū studiosum fuerit sapiētiæ, gaudebit non tm̄ cor meum, sed & totus ego. 15

16 Et renes mei exultabunt maxime, si loqui te
audiero labijs tuis quæ recta sunt, & cordata.
17 Nō affligat te cor tuū ꝓpter successum pec-
catorum, quin potius in reuerentia erga dom̄i-
num exerce te assidue.
18 Procul dubio enim post eam reuerentiā ali-
quid sperare licebit magni boni, & spes nō erit
inanis.
19 Audi tu fili mi, vt sapiens fias, & cura ne cor
tuum deserat viam disciplinę.
20 Ne fueris vnus e numero illorum, qui assi-
dui sunt in potādo vino, neq; socius fias illorū,
qui in hoc conueniunt vt cōmessationibus, &
carnibus vorandis vacent.
21 Potor em̄ & cōmessator ad iopiam rediget,
& vix stragulis cooperiet lacerīs inter cubādū.
22 Audi patrem tuū qui te genuit, & ne cōtē-
pseris etiam cū senuerit, matrem tuam.
23 Quod verū est, & stabile eo tibi animo cō-
para tanquā id venditurus sis nulla pecunia vl-
q;, sapientiam dico, eruditionē, & prudentiam.
24 Inenarrabili gaudio afficit pater iusti, & qsq;
parens fuerit sapientis, voluptatem maximam
capiet ex eo.
25 Gaudebit pater tuus, & mater tua, & leticia
perfundetur genitrix tua.
26 Da fili mi cor tuum mihi, & oculi tui a vijs,
quas ego cōmonstro tibi, nusq; deflectant.

Fouea nanq; vehementer profunda meretrix 27
est, & puteus calamitatis plenus mulier proba-
te aliena.

Vtiq; tanq; præde insidiabitur tibi, scelerato 28
rum numerū in populo accessiōe tua augebit.

Cui vę, cui ęgestas, cui rixæ, cui querelæ, cui 29
vulnera ob nullam honestā causam accepta, cui
intempestiuus oculorum rubor?

Nisi illis qui assidui sunt apud vinū, & illis 30
qui eunt vt immodice hauriāt vinum ad volu-
ptatem temperatum.

Vide ne capiaris aspectu vini cum eleganter 31
ostentat rubedinem suā, & bullulas proiicit in
poculo instar oculorū, ingredieť qdē blādissime.

Verum finis, & effectus illius mordebit sicut 32
serpens, & quēadmodū regulus, durabile vul-
nus infligit.

Oculi tui cum captus vino fueris videre cu- 33
pient improbas lupas, & ex pectore tuo erūpēt,
quæ suppressisse præstiterat.

Et similis erit dormienti in medio mari, vel 34
secure iacenti in cacumine nautici mali.

Percusserunt (inquiēt) me, & præ ebrietate 35
dolorem nō sensi, verberauerūt me nec cogno-
ui, factus vigil, a quo verberatus essem, qualia-
cunq; hęc sunt ebrietatis incōmoda nō possum
non eodem ipso vino iterum implere me.

CAPVT 24.

NE IMI[illegible]ARI quos[illegible]
1 modo coneris[illegible]itos sceleratos, ne[illegible]
vel letiter op[illegible]s vt vnus sias e[illegible]
mero illorum
Cor enim illorũ studio[illegible]ac cageta vt rapiat a-
2 liena, & quæ molesta sun[illegible]ci noxia alijs assidue
crepabunt labia illorum.
Per sapientiam ędifica[illegible]ũ domus, & ꝑpru-
3 dentiam fiet vt firma sit & inconcussa.
Congnitione, & rerum prudentia om[illegible]
4 guli, & penetralia domus i[illegible]plebunt om[illegible]
contingent diuitiæ, pręcio[illegible], & delectabi[illegible]s.
Vir sapiens vndiq; munitissimus est, & qui
5 quis congnitionis rerũ studiosus fuerit, quoti-
die augebit vires suas.
Sanis enim consilijs maxime opus erit tibi,
6 quisqs fœliciter bellum alteri mouere volueris,
& victoria pręcipue pendet ex multitudine co-
rũ, qui consilio valent.
Longe supra captum stulti est sapiẽtia, qua-
7 re in porta inter sapientes non audebit aperire
os suum.
Quisquis animo studebit nocere alteri, illũ,
8 obuij quiq; virũ vocabunt, maliciose stultum.
Malicioſa cogitatio amẽtia est, & pec[illegible]tum,
9 abominatiõi erit & posteris, vicijs eiusmodi in-
quinatus, impostor.
10 Si remissus, & negligens fuisti cum alter in

periculo constituto opus esset auxilio tuo, vt si
simile quiddam tibi euenerit etiã tu viribus p-
prijs destitueris, quibus alteri ferre suppetias
noluisti.

Eripe eos qui rapiuntur violenter ad mortẽ, 11
& eos qui destinati sunt occisioni, nũ te decere
putas vt, dum potes serues?

Etenim si ore dicas mentiens, nemo nostrũ 12
hoc sciuit putas qui? quis talis es, te eum quoq;
posse fallere qui penitissima cordis scrutatꝰ? ille
tecum nequitias tuas intelligit, & qui creauit a-
nimam tuã etiã sciet quid latear in ea, & retri-
buet vnicuiq; homini secundũ factũ suum.

Sicut si cõmedas fili mi mel gratus erit sapor 13
illi?, & si fauũ, dulcedine sua oblectabit gutur
tuum.

Ad eũdẽ modũ si dederis operã studio sapiẽ 14
tiæ, erit nõ minus gratũ aĩę tuæ papubulũ, si eã
assecutus fueris, cui mel erat ori & habet stabile
quicquam, quod relinquet apud te, & spe tua ne-
quaq; vlla destitueris.

Ne insidieris o impie, si sapis, habitaculo iusti 15
neq; turbaueris quietam possessionem eius.

Etsi septies ceciderit iustus, sed resurget, im 16
pij autem corruent in malum nunq; erigendi.

Si ceciderit inimicus tuus, ne sit tibi gaudio 17
casus illius, etsi collapsus fuerit, ne lętetur ob
id cor tuum.

18 Ne forte videat illud dominus, & valde displiceat illi, & auferat iram suam ab illo, & punire desinat illū, ergo quē tā es inhumanus tu.

19 Nequaq; in animū tuū induxeris, vt imitari statuas sceleratos, neq; irat⁹ tibi, & fortunis tuis, impiorū more ditari coneris.

20 Nihil em̄ reliquū erit post mortē homini scelerato, quin & id quoq; luminis, quod videtur nunc habere, extinguetur.

21 Reuerere fili Dominū ip̄rimis, & etiā Regē ab illo præfectū tibi, cum illis aūt, qui peccata cumulant peccatis consuetudinē ne habueris.

22 Subito enim de improuiso exurget tempestas, quæ perdat eos, quis em̄ nouit tempus quo duob⁹ illis (Dño & Regi) p̄dere libebit malos.

23 Etiam hæc ad sapientiæ studiosos pertinēt, ob personam alicuius aliquid facere in iudicio, nihil est minus q; bonum.

24 Pronuncianti impiū in iudicio, iustū, male precabuntur populi, execrabūtur illum turbę.

25 Qui vero impiū castigant, gratiosi erūt apud populum & optime precabuntur illi omnes.

26 Labijs osculari putabitur quisquis respōdet verbis aptis & ad rem pertinentibus.

27 Perfice si quid habes negocij foris, & absolue illud in agro postea vero, aut si nihil tibi negocij fuerit foris, tunc structuris exorna domū tuam.

Ne fis testis mendax in perniciē propinqui 28
tui, neq; subuertas illum labijs tuis.
Ne q; dicas quemadmodū fecit mihi, & ego 29
faciam illi, reddam viro secundum opus, quod
patrauit in me.
Per agrū hominis pigri trāsiui, & preterij vi- 30
neam hominis vecordis.
Et ecce excreuerāt vbiq; spinę, cooperuerāt 31
superficiē eius vrticę, sepes aūt lapidea, qua cin-
ctus olim fuerat, diruta iacebat.
Et consideraui ego, & diligenter animū ad- 32
hibui, eum aūt rem omnē diligenter perspexis-
sem, certe ex pigri illius ignauia factus sum ipse
prudentior.
Et apud me dicebam vbi pauliſper adhuc in- 33
dulseris somno, pauliſper ignaus fueris, & pau-
liſper iunctis manibus piger desederis.
Aduenient properanter progrediens ægestas, 34
ignauiæ tuæ debita & omniū rerū inopia tam
volenter in te irruet, q̄p solet vir armatus in ho-
stem inermem.

CAPVT 25.

ISTIAM HÆ SVNT 1
parabolę Salomonis, quas principes
viri apud Hezechiam Regē Iuda
iusserunt aliunde translatas superi-

oribus adscribere.

2 Gloria est Deo posse causam quãuis abdõ-
dere, & occulte de illa iudicare, Regis vero ad-
scribendum est gloriæ, si rem in iudicio cõ-
uersam inuestigare poterit, & quod æquũ fuerit
proferre in lucem.

3 Cœlorum qui sursum sunt, nec̃ terræ quæ
in profundo sita est, nec̃ propter negotiorũ vi-
das, cordis Regum peruestigatio fieri poterit.

4 Si auferas scoriam ab argento prodibit fa-
bro argentario vas purum.

5 Ad eundem modum si abstuleris impium
conspectu, & consilio Regis, stabilietur solium
eius iusticia.

6 Ne temetipsum velut magnum aliquem o-
stentaueris in conspectu regis, nec̃ in loco ma-
gnis principibus designato steteris.

7 Melius enim, & honorificentius vt dicat
quis tibi dicat ascende huc, q̃ vt deturbet te e
loco quem tu impudenter elegeras apud prin-
cipem tam tibi propinquũ, vt oculi tui nõ po-
tuerunt illum non vidisse.

8 Ne facile aggrediaris litem, ne forte post in-
cepta nõ inuenias quomodo explices te, ex ea,
quum obtemere susceptam infamare ceperit
propinquus, quicunq; aduersarium fecisti tibi.

9 Si omnino litem suscipere oporteat contra
propinquũ tuũ, fiat id quantũ potest modestiæ

sime, alterius aũt cõmissum tibi secretũ ob litem,
vel aliam quamuis causam requaq; reuelaueris.
Ne forte vicio vertat tibi audiens, & tu infa- 10
mem contractam nõ facile eluas.
Similis aureis malis argento eleganter depi- 11
ctis, est sermo cũ suis circũstantijs, pnũciatus.
Inauris aurea, vel aliud quoduis aureum mo- 12
dale, nõ ita erit gratũ auri libenter audienti, q; is
qui sapientiæ studiosum amice corripit.
Quam potest esse gratũ frigus niuis ad tem- 13
perandũ tempore messis æstum, tam est gratus
nuncius fidelis, ijs qui mittũt eum, gratũ enim
animũ dominorũ suorũ referet responsum.
Sicut nubes, & ventus non sequente pluuia 14
est quisquis iactat se munus daturũ cum quod
det non habeat.
Longanimitate flectetur princeps, & sermo 15
lenis franget iram tam duratam q; vllum
esse potest os.
Si mel inueneris cõmede quantũ satis erit, ne 16
forte si plus satis impleueris te illo, cogaris euo
mere illud.
Pede ne frequẽs sit pes tuus nimiũ in domo 17
amici, ne forte satur factus tui odio habere inci-
piat.
Pestilentior malleo, gladio, & sagitta acuta est, 18
quisquis profert in perniciem ppinqui sui testi-
monium falsum.

19 Quantū est presidiū in dente fracto, & pede luxato, tantū erit fiducię homini sceleratо tempore calamitoso.

20 Minus ridiculus est qui vestē abiecit rpe gido, & aceto a pergit vitrū, q̄ is qui lęta cantat carmina illi, qui animo est amaro.

21 Si esurierit inimicus tuus cibum, vt comedat, porrige illi, & si sitiuerit potum da illi.

22 Hoc enim faciēs nō minus accendes eum in amorem tui, q̄ caput incenderes si infunderes carbones ignitos, & Dominꝰ insuper mercedē retribuet tibi.

23 Sicut aquilo ventus fugat pluuiam, sic vultus hois seueri pellit occulte moliente mali quidquid.

24 Tollerabilius est habitare solū in angulo obscuro, & subtecto q̄ cum muliere rixosa in domo, quę multis concorditer viuentibus esse posset satis ampla.

25 Quales sunt aquæ frigidæ homini vehementer sitiēti, talis est lętus nūcius e terra loginqua.

26 Similis fōti turbato, & scaturigini fontis impeditæ, est vir iustus cadens ante impium.

27 Sicut comedere multū mellis nō est bonū, sic nimia sapientiæ scrutatio ad gloriam comparandam non conducit.

28 Sicut vrbs diruta, & carens muro est vir qui nō habet imperiū in animū suum, sed quicquid in buccam venit effutit sine iudicio.

SVT MADMODVM intempestiua est, & indecēs nix in
æstate, & pluuia in messe, ita nihil
decet minus stultū, q̄ honorari illū
ab alijs.

Sicut passer vagari solet, & redire ad nidū, &
hirundo aūolare subinde sed redire, ita maledi-
ctum in infontem sine causa prolatū, retorque-
bitur in illum à quo profectum est.

Sicut flagello equus, & capistro impellit asi-
nus, ita virgam adhibere optet dorso stultorū.

Noli contendere cum stulto etiamsi stulticia
illius prouocatus fueris ne similis videaris illi
etiam tu.

Respōde stulto, & ostēde illi stulticiā suā,
ne ipse sibi sapere insolenter videatur.

Similis videtur amputanti sibi ipsi pedes, &
furiosam amentiā plenis poculis bibenti, is, qui
cōmittit negotia sua curanda stolido.

Non minus profecto ridiculū est quenq̄ al-
ternatim à terra leuare pedes hominis, penitus
claudi, q̄ cōmittere ori stultorū elegans aliquod
& memorabile dictum cuius usum ipse penitus
ignorat.

Simillimus ei qui collocat lapidem in funda,
vt illum iaciat in altū, is est, qui author est stul-
to vt exaltet, & honestus illi vsq̄ locus cōtigat.

6 Sicut spina in manū cum periculo ab ebrio
assumitur, sic elegans alioqui dictū in ore stul-
torum noxium sępe illis est.
10 Potens est creator omniū, quare is pręmium
dabit stulto stulticia illius dignū, & suppliciū si-
militer sumet de transgressoribus legis suę.
11 Similis cani reuerso ad vomitū, est stultus q̄
iterat stulticiam suam.
12 Vidi virum sapientē suo ipsius iudicio, spes
interim est maior, vt natura stultus ad veram sa-
pienciam perueniat, q̄ talis.
13 Leo inquit piger est ī via, nō audeo ad spe-
randum egredi, leo inquā est in mediis plateis.
14 Sicut ianua vertitur super cardine, nunc huc,
nunc illuc, ita piger super lecto suo.
15 Iunctis prępigritia, & veluti absconsis in se-
nu manibus, desidet piger, molestum illi est vel
ori proprio admouere illam.
19 Sapit suo iudicio piger, plus septem viris cō-
silio prestantissimis.
17 Qui apprehensis auribus irritat canem, simi-
lis est illi qui forte pręteriens iratus admiscet
sese liti quæ ad illum nihil pertinet.
18 Illi qui tanq̄ dissimulās, iaculatur tamē sceles-
tillas ignis, sagittas, & alia tela mortifera.
16 Similimus est qui fraudauit amicum suum,
& dicet num ioco tibi videor feciſſe quæ feci?
20 Cum non amplius adsunt ligna extinguitur

ignis, sic ad eundem modum vbi electus fuerit delator cessabunt iurgia.

Sicut carbones fomenta sunt prunarum, & 21
ligna ignis, sic quisquis contentiose querulus fuerit, excitabit, & fouebit litem.

CAPVT 27.

NE IACTES TE fa- 1
cturum magni quippiam crastino die, nescis enim quidnam paritura sit dies ille.

Laudet te extraneus potius, quam os tuum, 2
& alienum potius, quã labia tua.

Graue pondus inest lapidi, & onerosa est are- 3
na, verum ira stulti molestior est vtroq;.

Crudelitatis plurimum habet ira, & impetuo 4
sitatis furor, quis autem subsistere poterit, & ferre impetus continuæ, diuq; durantis inuidiæ?

Melior est amica increpatio aperta, quã amor 5
occultus.

Plus fidendum est vulneribus ab amico in- 6
flictis, quã fraudulentis osculis inimici.

Homo satur etiam fauum mellis conculcã- 7
dum abijciet, esurienti vero quiduis etiam amarum dulce videbitur.

Sicut autem fames euagari e nido suo cogit vt 8
pabulum inueniat, ad eundem modũ virũ euagari oportet ex vno loco ad aliũ victus causa.

Vnguentum & aromata exhilarant cor, dul- 9

10 Qui curam adhibet vt seruet ficũ, comedet fructu illius, qui obseruat dominũ suũ, ne illu offendat, honorabitur ab illo.

11 Sicut aquæ augentur alijs superuenientibu aquis, ita & iracundia auget iracundiam, & co hominis deterius facit aduersarius illius.

12 Inferorũ & perditiõis locus nunq̃ implebit nec oculi hominis saturabuntur visu.

13 Sicut fornace probatur argentum quale sit, & camino aurũ, sic cuiusuis viri deprehenditur igeniũ, & mores dũ audit laudari se ore alteri

14 Si contuteris stultum in mortario, sicut con tundi far collocatum in medio illius pilo soleţ, non pelles ab ea stulticiam quæ illi iam olim fa miliaris facta est.

15 Diligenter considera valetudinem pecorum tuorum, & animũ curandis gregibus accõmod eisq̃ contentus sis.

16 Neq̃ congregandis diuitijs nimium intentu fueris, nõ enim durabunt perpetuo, etiamsi co ronam regiam nactus fueris, non possidere eam po teris in multas generationes.

17 Magna sunt, & multa curis, & pecoris cõmo da, profert enim sese suo tempore herba, & app paret vltro germẽ, & fenũ colligit ex mõtibus

18 Oues lanam suppeditabũt p uestitu, & preţ ciũ quo emptus est campus, reddet vendiui hirc Et lactis satis suppeditabũt caprę in cibũ tuũ,

cedo vero maxima est, in mutua consilior ũ, &
animi recretorũ cũ amico suo cõmunicatione.

Veterẽ amicũ tuũ, & amicũ patris tui ne mu- 19
taueris, domus enim, etiã fratris tui, nõ tam pa-
tebit tibi tempore calamitatis q̃ illius.

Melior est nanq̃ semper amicus vicinus, q̃ 20
frater germanus procul habitans.

Operam da fili vt sapiens sias, quod si feceris 21
gaudebit cor meũ, & habebo quod respondeã
exprobranti mihi, q̃ filium habeam paruæ spei.

Cautus, vidit periculum, & subduxit se, in- 22
cauti vo secure prexerũt & male multati sunt.

Accipere licebit vestimentũ eius qui spopõ- 23
dit pro ignoto, & eũ qui fidem dedit p ignota,
in uinculacõgere licebit.

Qui laudat amicum suum nimis magnifica 24
voce, & immodice, postridie vbi mane surrexe-
rit vitio verteretur ea laus illi.

Lupuuium copiose stillans tempore pluuię, 25
& mulier rixosa, æque sunt molesta homini.

Quisquis conat abscondere illam, & occul- 26
tare mores illius, stultior vocabitur illo, q̃ con-
prehensum manũ ventũ abscondere velit, aut
gestare vnguentum in dextera sua, & nõ p̃cipi
odorem.

Sicut ferrũ acuit ferrũ, ita quisquis iram cum 27
alio exercet magis acuitur, & incendit se, & ad-
uersariũ olim amicum suum.

& cibum familiæ tuæ, & victũ ancillarũ tuarũ

CAPVT 28.

FVGERE SOLENT
trepidantes semperimpij, etiãsi ne-
1 mo persequatur eos, iusti vero, si-
cut leo, semp intrepidi erũt.

2 Argumetũ est iratũ esse ob peccata deũ ter-
re illi, quæ ferre cogitur multorũ principũ im-
peria, si vero per virũ prudentem, & rerũ peritũ
ad penitenciam reducta fuerit terra illa, popu-
lus longa libertate fruetur.

3 Vir qui ipse pauper est, & opprimere conatur
pauperes, is similis est pluuiæ quæ tantũ nocet,
& ad comparandũ panem nil penitus iuuat.

4 Qui ipsi transgressores sunt legis laudabunt
similem sibi exlegẽ, qui vero seruant legẽ alie-
nabunt sese ab illos.

5 Viri scelerati destituentur iudicio, sectatores
vo domini intelligent & cũ ratione faciẽt oia.

6 Melior est pauper pmanẽs in innocentia sua,
& prauus etiamsi multas possideat diuitias.

7 Quisquis seruat doctrinã filius est prudens,
qui autẽ, pfundit sua in alendis voracibus scur-
ris, ignominia afficiet patrem suum.

8 Qui auget diuitias suas vsura, & fænore, ipse
non fruetur illis, sed pauperes bene habebũt ex
eis, quæ tam sollicite colligit ipse.

9 Qui auertit aurem suam ne audiat quid lex

illi domini prescribat etiam precatio illius abominabilis erit.

Qui conatur iustos à recta via in viam peri- 10
culosam abducere, is prior in eandem alijs aptatam fouea corruet, & quot vo cadido sunt pectore hereditario iure possidebũt fœlicitatẽ eternã.

Sapit suo iudicio quisq; dives est, verũ paup 11
intelligens, scrutabitur illum, & iudicabit de eo rectius.

Cum secunda fuerint oĩa iustis, habebunt 12
reliqui cur glorientur serio, ecõtrario vero cum exaltati fuerint impij, scrutatio, fiet & direptio bonorum plebis.

Qui celat peccata sua nõ beabitur, quisquis 13
vero confitẽ, & peccare desinit, misericordiam consequetur.

Beatus homo q pauid⁹ est semp, obdurãs vo 14
cor suum & stulte confidens, corruet in malũ.

Tanq̃ leo rugiẽs, & vrsus famelicus, est im- 15
pius imperiũ habens in populũ pauperem.

Ducem insipientẽ esse oportet, qui multum 16
rapinis inhiat, is aũt qui auaritiæ est osor in multos fœliciter imperabit.

Homicida q fudit sanguinẽ animę, sedẽ toto 17
tempore vitæ suæ vsq; ad sepulchrum animo turbato, & sceleris sibi cõscio fugiet, neq; in ipo sepulchro, & morte, vlli misericordia mouebũt erga illum.

18 Qui versatur innocenter inter homines, sal-
uus erit, qsquis vero varijs & sceleratis oppres-
sionibus insignatus fuerit, cadet ipse p aliquã ex eis.
19 Qui colit agrum suũ saturabitur pane, quis-
qs vo nugarũ sectator fuerit, saturabit egestate.
20 Vir fidelis plurimũ benedictionis & diuitia-
rum assequet, quisquis vero festinat, & p phas
per nephas diues fieri cupit, diuinam vltionem
non effugiet.
21 Agnoscere faciem, & ex fauore personæ iudi-
care pessimũ est frusto panis ad quoduis scelus
admittendũ cũ duci poterit, quisquis fuerit talis.
22 Festinat ad diuitias quisquis malo, & cupido
est oculo, interim nescit miser ille quod egestas
maneat illum.
23 Qui meo (inquit sapiens) exemplo admoner,
& corripit homines maiorem inueniet gratiam,
ẽ qui adblandit lingua sua omnibus.
24 Qui compilat patrem suũ, & matrẽ suã, pu-
tat se nõ peccare, sibiq; nihil decedere, cũ similis
sit dissipanti sua omnia.
25 Qui elato est animo multus excitabit sibi ipsi
turbas, quisquis aũt fidit domino impinguabit,
& diues fiet.
26 Quicunq; fidit suę prudentię stultus est, qui
vero sapientia duce credit se domino, liber erit
à malis.
27 Qui tribuit pauperi nullius vnq; egebit, qui

vero elatis oculis despicit illum, ad miseriã per- 21
ueniet maximam.

Cum exaltati fuerint impij, latere cogẽ̃ur 28
bonus, vbi vero p̃ierint, multiplicabunt̃ iusti.

CAPVT 29.

QVISQVIS AD A- 1
micas increpationes obdurat magis
ceruicem, subito sic confringetur,
vt sanitati recuperãdę locus nullus
sit reliquus futurus. 2

Quũ secũda, & ꝓspera fuerit oĩa iustis, gau-
debit populus, vbi vero nactus imperium fuerit
impius ingemiscet, plebs. 3

Quisquis amans est sapientię exhilarabit pa-
trem suum, quicunq; vero contra doctrinã pa- 4
tris alit scorta dissipabit facultates illius.

Rex qui quod ęquũ est imperat, & exigit à
suis, stabiliet terram quæ subest regno illius, q̃
vero nimiũ emungit perdet illam. 5

Vir qui subdole blanditur amico suo, idẽ fa-
cit ac si rete expandat, quo irretiat pedes illius.

In peccato viri sceleratis est laqueus qua illa- 6
queabit̃ ipse, iustus vero gaudebit, & letabitur,
vbi captum suis ipsius dolis, viderit illum.

Nouit iustus & curæ est illi causa paupertũ 7
impius cõtemnit cognoscere illam.

Viri impij ores suis sceleribus laqueos ne- 8

ctunt in perniciem ciuitatis, iratũq; facient do-
minũ, verum sapientes placabunt iram illius.
9 Vir sapiens in iudicio contendens cũ stulto
siue iracatur, siue rideat nũq; illi cõuenit cũ illo
10 Viri sanguinarij odio prosequentur simplicẽ,
& perdere conabunt illum, viri autem iusti resi-
stent illis, & studebunt seruare vitam illius.
11 Quicquid habet in animo suo simul effutiet
stultus, sapiens vero futurorũ rationem habẽs
compescet, os suum.
12 Princeps qui libenter tolerat verba mẽda-
cia, habebit vniuersos ministros suos sibi simi-
les, impios.
13 Pauper, & vsuris diues, forte obuiã facti sunt
mutuo, qui vtriusq; illuminat oculos dominus
est. q̃uis diuerse eo lumine vtantur, pauper ad
vitæ necessaria bene, alter ad cõpregandas quo-
quomodo diuitias nihil illi necessarias, male.
14 Rex qui iudicat quod q̃uũ est in causa pau-
perum, solium habebit stabile perpetuo.
15 Virga & diligens ad studia exhortatio, pari-
unt sapientiam, puer aũt in tenera ætate negle-
ctus, pudore, grandis effectus, afficiet matrẽ quę
indulgentia corrupit illum.
16 Successus impiorũ augebunt in illis peccatũ,
& insolentiores reddent illos, verum iusti, vbi
corruere illi inceperint, securi casum illorũ aspi-
cient.

Si diligenter instituueris filiũ tuũ, animi quie- 17
tem afferet tibi, & varijs voluptatibus afficiet
animum tuum.

Vbicũq; fuerit princeps legis diuinę imperi- 18
tus, ob id q; videre quod R. P. expediat nõ po-
tens, necesse est populũ dispergi, qui vero legem
seruauerit ei, & populo fœlicia erunt omnia.

Solis verbis nõ erudietur ad faciendũ officiũ 19
suum seruus, intelliget enim sępe quę illi impe-
res sed nihil prestabit imperio tuo respondẽs.

Si vsq; vidisti ad loquẽdũ velocẽ, crede maio- 20
rem fore spem vt natura stultus sapiat, q; talis.

Si qs delicate à pueritia educet seruũ suũ, eta- 21
te prouectiore pro filio haberi volet.

Vir iracundus excitabit rixas, & ad furorẽ 22
pronus, multis peccabit modis.

Superbia hominis precipitabit illum, animi 23
vero modestia honoratũ faciet.

Qui participat cum fure, odio videtur habere 24
salutem animæ suæ, audiet querelas, & maledi-
cta eorũ quibus adempta sua sunt, & furem nõ
indicabit.

Trepidatio, & incõstantia viri illaqueabit illũ, 25
qui vero fiduciam suam collocat in domino ve-
luti firmissima basi nixus, stabilis erit.

Plurimi sunt qui ãbiũt fauores hominis po- 26
tentis, cum interim à domino pendeat cuiusuis
hominis status, & conditio.

37 Abominantur iusti virũ sceleratũ, ecõtrario impius abominatur eum qui cãdidus est, & rectus in operibus suis.

CAPVT 30.

1 VERBA AGVR filij Iache, verba inquã prophetię huius ad interrogata respõdẽs, retulit ipse Ittiel, Ittiel inq; & Vchal familiaribus amicis suis.

2 Cum imperitior sim quouis homine, & scientiam humano more nunq; comparauerim mihi.

3 Neq; didicerim sapientiã, quomodo à me diuinarũ rerũ notitiã, tanq; à doctissimo reqritis?

4 Quis ascendit vnq; in cœlũ, & redijt rursum, quis collegit ventum, & veluti manibus cõprehensum continet illum, quis colligauit aquas in nubibus tanq; in pallio, quis firmauit omnia fundamenta terrę? quod est nomen illi, aut quod est nomen filio ipsius? dic quęso mihi si nosti tu?

5 Omnis sermo Dei purissimus est, firmissime ergo credendũ quod ille affirmat, qui facit quæ paulo ante cõmemorata sunt, & ipse instar clipei est, spem suam collocantibus in eo.

6 Quare nihil addere tẽtaueris verbis illius, ne forte increpet grauiter te, & mendax inueniaris.

7 Duo postulaui à te (domine) ne quæso graueris illa dare mihi priusq; moriar.

Vanitatis ſtudium, & mendaciũ procul fac 8
abeſſe à me, neq; ægeſtatẽ, neq; ſuperfluas di-
uitias dederis mihi, ſuppedita cibum qui alendo
corpuſculo idoneus ſit, & ſufficiens.

Ne forte plus ſatis ſaturꝰ ſatur, negare incipiã, 9
& dicere quis eſt dominus, & quid mihi cũ illo,
aut ne forte egeſtate coactus furari cogar, & in
vanum aſſumere nomen Dei mei, furtũq; ex-
cuſare periurio.

Ne accuſes ſeruũ apud dominũ ſuũ, ne for- 10
te male precet tibi, & pecces, crudelitatiſq; il-
lius, quam dominus exercebit in eum tu parti-
ceps ſtias.

Eſt hominũ genus quod patrem, & matrem 11
contumelia afficit, execrabile omnibus, gratũq;
nulli.

Eſt hominũ genus ſuo iudicio mundum, cũ 12
ſit, ſordibus nihil ablutis, inquinatiſſimum.

Eſt & hominũ genus quod arroganter attol- 13
lit oculos ſuos, cuius palpebræ efferuntur in ſo-
lentiſſime.

Eſt & hominum genus cultros habens pro- 14
dentibus, & gladios pro dentibus molaribus in
hoc, vt voracitate tollãt pauperes e terra, & hu-
mano præſidio deſtitutos, e numero hominũ.

Iniquitati deſtinatæ ſunt duæ vltrices ſcele- 15
rum, quæ ſemper clamãt affer, affer, deinde ter-
cia quæ nõ ſaturabitur, imo & quarta quæ nũq;

dicit sufficit.

16 Infernus sceleratorũ hominũ cõmune & in explebile receptaculũ, orbitas, & clausura matricis in vxoribus, agrorũ ob negatam desuper pluuiam sterilitas, & ignis perpetuo esturãs, necunq; dicturꝰ satis est, sed sine fine cruciaturꝰ quatuor illa sceleratorum hominũ genera.

17 Oculus q subsanare cõsuenit patrẽ, & nolle obseq matri, illiũ eruẽt corui ob piecta ĩ ripas caudauera fluminibꝰ assueti, & vorabũt pulli aglẽ.

18 Tria hæc supra captũ meũ sunt, imo quatuor hæc nõ noui.

19 Viam aquilæ per aerẽ, via in serpentis super petra, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentula.

20 Ad eundem modũ non intelligo viam mulieris, quæ sese adulterandam prostituit, vbi comederit eã, & libidinem expleuerit, sordes ab ore paululum absterget, nullũq; apparebit violatę pudicitię vestigium, quare audebit impudenter affirmare se nihil feciſſe mali.

21 Sub tribus contremiscit terra, imo sunt quatuor quorum ęgre sustinet pondus.

22 Sub seruo vbi factus fuerit Rex, & stolido vbi satur fuerit cibo.

23 Sub odiosa muliere ĩ matrimoniũ assumpta, & sub ancilla succedente in locum, & hereditatem dominæ suæ.

Quatuor sunt parua super terram, sed sapiẽ- 24
tia natura, & per sese sine preceptore edocta.

Formicæ, cũ quibus magna sint multitudine, non 25
viribus quibus destitutę sunt sed industria prę-
parãt cibũ, quo opus habebunt in hyeme.

Cuniculi etiãsi multi sint numero, cum inua- 26
lidos se sciant, non viribus agũt, sed arte sibi an-
tra faciunt in altis, & arenosis montibus.

Cum regem nõ habeant locustæ, tamen tur- 27
matim, & ordine progredientur vniuersæ.

Simia manibus, hominis instar, accipit quæ 28
porriguntur, & tam est natura sagax vt etiã re-
gibus admirationi sit & in delicijs.

Tria hæc fœliciter ponũt gressum, imo qua- 29
tuor sunt quæ optime incedunt.

Leo fortissimũ animaliũ nõ retrocedet, neq; 30
fugiet metu cuiuscunq; alterius.

Canis leporarius lumbis in cursu valens, vel 31
hirc⁹, & rex q prudẽtia, & potẽtia sic muniuit re
gnũ suũ, vt nemo audeat sese illi opponere.

Si stulti quicq; in animũ incidit tuũ de exal- 32
tando teipso, aut aliqua alia cogitatio parũ pru-
dẽs, ori manũ oppone ne palã cũ tuo malo fiat.

Qui nimium mulget, eliciet noxiũ quiddam, 33
& lacte crassius, qui nimis emungit nares, eliciet
sanguinem, sic quisquis furiosius profert animo
conceptam iram, excitabit litem.

1 VERBA LAMVElis regis, & doctrina qua illū eruditum mater sua.

2 Quid fili mi, quid fili quē gestaui in vtero meo, & quid dicam tibi fili, qui summa es votorum meorum.

3 Ne prodegeris cū mulieribus opes tuas, neq; illis insistas vijs quibus perire solent reges.

4 Quare scito nequaq; decere o Lamuel, ne quaq; decere reges, inodice bibere vinū, & principibus quomodo decora esse poterit ebrietas.

5 Certo enim certius quisquis sic bibit obliuiscetur officij sui, & inuertet iudicium pauperū.

6 Date potius siceram mœrentibus, & vinum ijs, qui amaro sunt animo.

7 Bibat aliquis talium vt obliuiscatur calamitatis suæ, & molestiarū nō recordetur, exhilaratus vino, amplius.

8 Aperi os tuum & loquere pro muto, & patrocinare causæ eorum, cuiuscunq; conditionis fuerint, qui rapiuntur violente ad mortem.

9 Aperi os tuum, & quod iustum est pronuntia, & tracta nō minus libēter causam pauperis & inopis, q̄ diuitis.

10 Mulierem constanter probam, & prudentē quis inueniet: longe superabit margaritas qualuis, præcium illius.

Confidit in ea cor mariti illius, quare diuitiæ 11
illi nunq̃ deerunt.
Reddet illi bonũ pro fidutia illa, & nõ malũ, 12
omnibus diebus vitæ suæ.
Quæsiuit lanam & linum, operata est mani- 13
bus vltro laborare cupientibus.
Erit marito suo, instar nauis mercatoris, quæ 14
e locis longissimis adferre solet cibũ, & vitę ne-
cessaria.
Et ad surgendũ se assuefecit antè aurorã de 15
nocte, cibum nouit distribuere familię suę, &
quantum satis est ancillis suis.
Considerauit agrum, & emit illũ, lucro ma- 16
num suarũ plantauit vineam.
Succinxit vt robustior, & expeditior esset lũ- 17
bos suos, & fortitudinem addidit brachijs suis.
Sensit vtilitatem ex negociatione, quare ne 18
nocte quidem extinguit sinit lucernã, ad quam
operari consueuit.
Manus suas extẽtit ad pensũ, & digitos suos 19
ad colum.
Palmam suam aperuit pauperi, & manus ex- 20
tendit ad egenum.
Non metuet domui suę à niue, vniuersa enim 21
familia illius vestes habebit omi tẽpori aptas.
Torques fecit sibi, byssus & purpura est in- 22
dumentum illius.
Nobilis in porta erit maritus illius, cũ sede- 23

rit cum senioribus & iudicibus terrę.

24 Pannum lineũ fecit, & vẽdidit, cingulũ tra-
didit mercatori.

25 Robore animi, & honestate ornata est tanq̃
vestimento, quare merito ridebit, rebus bene g̃
actis, in senectute.

26 Os suum apperuit cũ sapientia, & doctrinã,
quæ hortat ad clementiã, sonabat lingua illius.

27 Considerauit fœlicẽ progressum domus suę,
ob quem magis animata cibum ignauiter com-
paratum, nõ commedit.

28 Assurrexerunt filij illius, fœlicitatem suã illi
acceptam rettulerunt, maritus illius surrexit, &
magnifice laudauit illam.

29 Multæ inquiens metronæ gesserunt se strẽ-
nue, verum tu superasti vniuersas.

30 Fallax est gratia, & vana pulchritudo, matro-
na quæ reueretur dominũ, illa oñi est laude dig-
nissima.

31 Date illi de fructu manuũ illius, & laudent
illam, in portis apud primores terrę, facta illius.

FINIS.

Precationes.



H

EX LIBRIS
Nr Bp. 65/3


R

REVERENDISSIMO IOANNI DANTISCO

Episcopo Culmensi. &c. Ioannes Campensis. S. P. D.

EFFECIT SVMMA humanitas Reuerendissimi Domini Petri Thomicij, vt non potuerim nõ aliquomõ testari animi mei erga illum gratitudinẽ quare Prouerbia per me, cum adhuc apud te essem latinitate paraphrasticos donata, illi dicaui. His tua causa, preculas quasdã iussu tuo latinas factas adieci, has, cum alijs quę nunc edo, castigatiores acciperes, nisi post sextũ tandem mensem exemplaria mihi in media, perfectione reddita fuissent, quando neq; licuit, neq; libuit quicq; mutare. Vale Presul modis omnibus ornatissime Cracouię 10 Martij. 1534.

Confitebor tibi domine quoniam

ET DICES IN DIE illa, Magnifice gratias tibi ago dñe, 1
ꝙ cum merito irasci potueris mihi magis quam fecisti, ira deposita misericordię affectum indueris erga me.

Ecce supra spem Deus factus est author salutis mihi, quare animo fiduciam concepi, nec 2
pauebo amplius, est ẽm fortitudo mea, copiosissimi, & lætissimi carminis cõscribendi argumẽtum ipsemet seruator dominus, quẽadmodum enim pro sua benignitate vltro cæpit, ita & perget de omnibus aduersis salutiferã mihi victoriam prebere.

Et haurire licebit vobis, quotquot fiditis illi, 3
aquæ quantũ voletis cum summa exultatiõe, ex fontibus in exhaustæ salutis.

Et dicetis, benignitatem illius experti, obuijs 4
quibusuis in tempore illo, laudibus cũ gratiarũ actione extollite dominũ, implorate auxiliũ augustissimi nominis illius, efficite vt vniuersę nationes sciant admiratione digna consilia illius, famam spargite ꝙ potestis latissime, merito mirifice exaltati nominis illius.

Cantate dominũ, quod rẽ fecerit, modis om- 5
nibus maximã, quę & nota facta est vniuersis, qui vsꝙ habitant in terra.

Quare ſublata cꝫ maxime potes voce, canta, & exultatiõis ſigna oſtẽde, habitatrix ſion, ꝓpterea quod in medio tui omnipotentię ſuę ſigna ędere dignatus eſt is, q̃ ſanctificator eſt Iſraelis. 6

CARMEN EZECHIÆ

ESAIE 38. legaꝫ 20. caput. 4. libri Regũ

Dixi in dimidio dierum meorum.

CARMEN CONſcriptũ ab Ezechia rege Iuda in ęgritudine ipſius cũ domini beneficio liberãd⁹ à morbo, reſtituẽduſq; primę erat valetudini. 1

Ego cũ lętali correptus eſſem morbo de vita deſperans, mœſtus intra me dixi, ergo ne in flore ętatis meæ, violenter abrepto curſu dierum meorũ, hinc abibo in terram defodiẽdus, ingreſſurus fores inferni, ſpe aſſequẽdi, quod reliquũ eſt annorũ iuſtę ętatis meę penitus deſtitutus? 2

Tancꝫ mortẽ præ oculis videns dicebã, poſthac nõ amplius videbo cultũ exhiberi ſeruatori omniũ domino, domino inquã in terra quã ſuppſtites viui incolũt, nõ videbo hominẽ ego vnus e numero eorũ qui orbem terræ inhabitant. 3

Ætas mea abijt, & veluti in exiliũ abducta eſt a me, quẽadmodũ tabernaculũ paſtoris ſubito tranſfertur à ſuo loco in aliũ à priore diſſitũ 4

longissime, peccatis enim meis dominũ offendẽs abscidi nõ aliter vitam meã, ꝙ textor telam dũ fieri nõ sinit longiorem, futurũ omnino putabã (quemadmodũ Esaias propheta predixerat) vt hoc morbo dominus absumeret me, & sub noctem finiturus essem vitam meã, extremũ adesse diem nõ dubitabam.

5 Cogitabam, esto, hæc nox adijciat adhuc vitę meę vsq; mane alterius diei, quid aliud exilla prolongatiõe sperare potero, ꝙ vt ingraescẽs morbus tanto crudelius, leonis instar, absumat me, & confringat omnia ossa mea, æque tũ quod hodie forte nõ fiet, cras futurũ est, vt ante noctẽ maiore cruciatu absumas me.

6 More gruis, & hirũdinis tristis, non humanã vocẽ, sed mera suspiria ędere me cogit morbus, etiam si coner, nõ aliam proferre potero vocem ꝙ gemitum columbæ, hebetati sunt oculi mei, dum ad te qui sursum in ædito habitas loco, intentis oculis suspitio, grauissime premit infirmitas me, remissionem saltẽ aliquam morbi tribue mihi.

7 Sed quid ego de remissione ago morbi, ipse em̃, ipse inꝙ ad suspiria mea promisit non remissionẽ, sed sanitatẽ mihi, & quod pmisit, pculdubio faciet, ego igitur pedetentim progrediẽs, sic transigam omnes annos vitæ meæ reliquos, vt huius amaritudinis meæ nunꝙ obliuiscar.

Domine in his viuent quicunq; viuent, & omni tempore vitæ meæ, in illis erit oñimodã vita ſpiritus mei, quare ſanabis me, & priſtinæ valetudini reſtitues me. 8

Interim iã nunc in ipſa recõciliatiõe, & pace amaritudo morbi eſt acerbiſſima, placuerit itaq; tibi vitam hanc meam tutam reddere a fouea ſepulchrali, in hoc enim abieciſti poſt tergũ tuũ nunc; amplius in memoriam reuocaturus, vniuerſa peccata mea. 9

Neq; enim locus inferorũ gratũ tibi pro acceptis beneficijs qcq; offerre poterit, mors ipſa laudare nequibit te, neq; laudibus extollere poterunt, qui deſcendunt in horrendũ illum puteũ, veram diuinitatem tuam. 10

Viuus inq;, viuus ille cõfitebitur oñi te laude digniſſimũ eſſe, quẽadmodũ & ego tua clementia viuens hodie, & pater viuus filijs narrare poterit veritatem tuam. 11

Domine libeat ergo ſanare me, vt carmina noſtra cantemus cunctis diebus vitæ noſtræ in templo domini. 12

Iuſſitq; Eſaias ficus paſſas alligari vulueri vt ſanitati reciperet.

CANTIO ANNÆ MAtris Samuelis. 1. Regum. Ca. 2.

Exultauit cor meum in domino.

PRECABATVR aũt gratias agẽs Anna, & dicebat exultauit cor meũ, ꝙ propiciũ habeã dominũ, caput, diuino fauore tãꝯ cornu armatũ, erigere audebo, idꝯ domini beneficio, & os aperire contra aduersarios meos, vehementi namꝯ gaudio affecta sum, ob salutẽ mihi abs te allatam domine.

1

Non est quisꝯ sanctimoniæ maiestate cõferendus cum domino, nihil em̃ sunt reliqua oĩa collata tecũ, necꝯ quicꝯ fortitudine est quoquo modo comparandum cũ domino nostro.

2

Ne passim amplius, vt cõsueuistis superbe, & fastuose loquamini, nõ em̃ occasionem habebit posthac calumniandi me quisꝯ, infami pudore obturatum est os vestrũ, Deus em̃ is dominus est qui nouit omnia, quare illius solius consilia rata erunt, vestra aũt omniũ irrita, & turbatu facilima.

3

Arcus robustorũ, & robustis ipsis fractæ sũt vires, imbecillibus vero, robur oĩ ex parte datum est, maximum.

4

Qui ad saturitatem pauloante abundabãt cibo, ob superbiã mercenarij subinde fiunt, pauperibus aũt, & famen passis nõ solum quod cõmedant datũ est, sed & natura ipsis negata fecunditas domini, em̃ benefitio contingit, vt mulier sterilis multos pariat liberos, & ea quę fa-

5

ditate naturæ parere poſſit plurimos, ad pa-
tiendum impotens fiat.

Dominus poteſtatem habet occidēdi, & pri- 6
ſtinæ vitæ reſtituendi occiſos, perducēdi ad ſe-
pulchrum, & ſepultos e ſepulchro educendi.

Dominus facere poteſt ex diuite pauperē dū 7
vult, & econtrario diuitem ex paupere, humili-
are poteſt, & extollere.

Iacentē in puluere pauperē in pedes quoties 8
vult erigit, ex luto ſic in altū euehit inopē, vt ſe-
dere illum faciat inter principes, & ſellā honori-
ficā, tanq; hereditario debitā tribuat iure illi, do-
minus em̄ eſt qui iecit fundamēta terræ, & col-
locauit ſuper ea terrarum orbem.

Pedes hominis qui charus eſt illi cuſtodiet, 9
& greſſum eius diriget, impij vero, veluti in te-
nebris per præceps ruunt, neq; em̄ robore cor-
poris valere contra illum poterit quiſq;.

Qui cōtumelijs amicos domini afficiūt, illos 10
ipſe terrebit veluti tonitru excitato in celo, do-
minus iudex erit in omnibus finibus terræ, &
robur dabit regi charo ſibi, & in altū eriget cor-
num Chriſti ſui.

CARMEN MOSÆ

& filiorum Iſrael. Exodi. 15.

Cantemus domino glorioſe enim.

CANTABO DOMI
1 num quod mirificemagna aparue-
rit potentia illius, equũ em̃ vna cũ
sessore in mare abiecit.
2 Robur meũ,& argumentũ carminis mei, est
ipse seruator dominus,quare illi acceptam inge-
nue refero salutem, & victoriam hanc insingnẽ,
hic ille est Deus qui fuit,& patris mei,quare ex
tructo in honorem illius tabernaculo, semp ha-
bere prẽsentem conabor illum,idem em̃ ille est
Deus,qui fuit & patris mei, quare laudib? quã-
tum potero maximis,extollam illum.
3 Dominus est qui vires habet superandi bel-
lo aduersarios suos,& merito illi, q talia sua de-
signat potẽtia,tribuet̃ nomen hoc, Per sese semp
existentis ineffabilis potentiæ Deus.
4 Currus pharaonis,vna cum toto reliquo ex-
ercitu illius tam potentis Regis,abiecit in mare
nõ maiore negotio q̃ sagittam proiecit arcus, &
flos ipse electissimorũ principũ illius submersus
est in mari rubro.
5 Aquæ profundissimæ obruerunt eos, prola-
psi vsq; in fundum sunt nõ aliter,quam lapides
proiecti in aquam solent.
6 Dextera tua domine palum factũ est robur
omnipotentię tuæ,dextera em̃ tua domine sem-
per inimicũ perdere potuit facillime.
7 Incomparabiliter magna celsitudine tua sub-

uertere ſemp potuiſti, & poteris quotquot opponunt ſe tibi, ſignum dabis, irato tibi diſplicere quæ aduerſarij faciunt, idq; vaſtabit non aliter eos, q̃ ignis ſtipulam ſolet.

Vbi vel tenuiſſimũ flatum iræ tuæ ſenſiſſẽt, in morem acerui collectæ ſunt aquæ, conſtiterunt in morem cumuli, perpetuo fluere ſolitę, flumina ſubſtiterunt, condenſatæ ſunt ad fundum vſq; aluei, imenſæ maris aquæ. 8

Dixerat inimicus perſequar, aſſequar, diripiã ſpolia quibus pleniſſime ſatiſſiat deſyderio animæ meę, eximam gladiũ meũ, vaſtabit eos manus mea. 9

Flauiſti flatu tuo, & obrutos illos cooperuit mare, demerſi ſunt, tanq; plumbũ, in vaſtiſſimas aquas. 10

Quis conferendus tecũ illorũ, qui ,p dijs habentur domine, quis tam auguſta atq; tu ſanctimonia præſtans, ſic ſuſpiciendus eſt, vt oĩbus quæ excogitari poſſint laudibus ſuperior ſit ipſe ſtupenda deſingnans. 11

Extendiſti tantũ manũ tuã, & abſorpſit eos terra. 12

Duxiſti pro tua benignitate populum hunc, quem a ſeruitute liberaſti, perduxiſti tua fortitudine in regionem amœniſſimam, & ſanctiſſimę maieſtati tuæ gratam. 13

Audiuerunt hæc populi vicini, & obſtupu- 14

erunt, præ horrore inuasit dolor habitatores pa-
lestinæ.

15 Tum perturbabantur duces Idumeæ, ipsos
fortes Moab apprehendebat tremor præ metu
viribus destituebantur habitatores Chanaam.

16 Irruit in eos vehementissimus horror, & pa-
uor, præ magnitudine brachij tui obriguerunt
tanq̃ lapis, quoad præteriret eos populus tuus
domine, preteriret inq̃ eos hic populus quē tuū
peculiariter facere dignatus es.

17 Deduces hanc turbam tuorum, & plantabis
eos in monte, hereditario iure tuo, in loco quem
ad habitandum præparasti tibi domine, templū
sacro sanctum domine, & stabile parauerūt ma-
nus tuæ.

18 Dominus rēgnabit & seculo hoc, & futuro in
perpetuum.

19 Ingressa est interim multitudo equorū Pha-
raonis cum pugnaturis e curribus, & vniuerso
equitatu suo in mare, & induxit dominus aquas
maris quæ submergerent illos, filij vero Israel
siccis pedibus per medium ambulabant mare.

PRECATIO HAB.

habacuc.

Domine audiui auditionem tuam & timui.

PRECATIO HAB 1
bacuc insignis prophetę.

Domine audiui, quod audire me 2
voluisti, & prę magnitudine mali
quod euenturũ video, extimui, interim domi-
ne memento populũ tuum esse opus tuũ, quare
in medio illorũ annorũ quib⁹ calamitose victu-
ri sunt, viuifica quæso eum, in medio inq; illorũ
quamuis infœliciũ annorũ, nõ poteris nõ ostẽ-
dere solitam clementiam tuam, neq; in ipsa ira
misericordiæ memor nõ esse.

Cum Deus olim a Themã veniret, & sacrosã 3
ctus à monte Paran, (quod certo certius factum
est) tãta aparuit maiestas, vt cooperuerit cœlos
gloria illius, & laude repleta fuerit terra.

Et splendor instar clarissimæ lucis tum apa- 4
ruit, ad cornuũ similitudinẽ splendores e manu
ad gloriam ipsius maximã emicabant, ibiq; tum
occulte ostendebant adesse omnipotentiã illius.

Ante faciem illius gradiebatur pestis, & prę- 5
cedebat pestilentia, hostes populi illius vastatu-
ra, pedes illius.

Substitit in Galgala, & metiri iussit terrã, p- 6
missam suis, intuitus est eã, & aspectu suo ex-
pulit gentes ex ea, & Reges qui montibus sta-
bilitate similes, ob regna lõgissimo tempore cõ-
firmata, videri poterant, cõtriti sunt, incurua-
runt se colles, qui multis sęculis incõcussi stete-

K

rant, itinera enim, & transitus totius mundi ma-
chinæ semper peruij fuerunt illi.

7 Propter afflictionem, qua affligebantur nosti
subuersa vidi tabernacula Cusan, cõmota sunt,
cortinis pulchre exornata, tẽtoria terrę Madiã.

8 Num iratus fuisse fluminibus putandus est
dominus, num contra flumina desæuisse putã-
da est ira tua: cum alueos eorũ siccos redderes,
an contra ipsum quoq; mare furor tuus excan-
diuisse credẽdus est, q̃ tam fœliciter vectus fu-
eris equis tuis, & curribus tuis victoriã prę-
ris populo tuo?

9 Manifestissime apparuit arcus tuus, & iura-
menta facta tributus Israel ad prędictũ, pmis-
sum confirmata fuerunt, quare factum est vt in
morem fluminũ erumperent aquæ, quũ tu fin-
deres in vsus tuorum terram.

10 Viderunt & tremuerunt montes, exunda-
tio aquarũ trãsitu suo populata est loca vicina,
ædidit abyssus strepitum suũ, extendit altitu-
dinem littorum suorũ.

11 Sol & Luna præter morẽ steterũt in habi-
taculo suo, ad lumen fulgurũ tuorũ, quæ sagit-
tarum instar, volãt, corruentibus inimicis illorũ
ipsi profecti sunt illęsi, ad splendorem fulgurã-
tis hastæ tuæ.

12 Veluti ira cõmotus perambulabas terrã, &
præ iracundia, velut triturãdo, cõtudisti gẽtes.

Ad eundem modũ egrediebaris ad victoriã 13
populi tui, ad victoriam inclꝫ vna cum Christo
tuo confecturus caput, & ducem domus, & fa-
miliæ impij, denudaturusqꝫ ipsum à fundamẽ-
to vsqꝫ ad collum, ita fiet.
Trãsfiges hastis tuis caput ducũ exercitus il- 14
lius qui venerunt turbulenti ad dispergendum
me, exultabant nõ aliter qꝫ solẽt, qui post mul-
tas insidias, humano exilio destitutos, deuorare
penitus clam gestiunt.
Iter facis quotiescunqꝫ volueris, etiã per me- 15
dium mare, equis tuis per multitudinem aqua-
rum plurimarum.
Audiui quę futura sunt, & expauit cor me- 16
um, ad vocem contremuerũt labia mea, ingres-
sa est putredo in ossa mea, tremere subtus me
locus meus visus est mihi, cũ nullus sit vbi tu-
to quiescere potero in illo die tribulationis, quo
ascendere tentabit hostis contra populũ tuũ, vt
succidat illum.
Ficus enim nõ florebit, nec fructus erit in vi- 17
tibus, mentietur fructũ olea, & agri nihil, pfe-
rent aptũ esui, abripiet hostiliter oues ab ouili,
nec bos reliquus erit in stabulis.
Interim futurũ cõfido, vt ego qui nũc tristis 18
sum, serio exultem ob propiciũ nobis redditũ
dominũ, lætercꝫ vehementer qꝫ Deus pepere-
rit salutiferam victoriam nobis.

9 Deus dominus fortitudo est mea, & efficiet
vt valeam pedibus meis, quantum vlli cerui, &
deducet me in loca æditissima diuq; exoptata a
me præfectoq; cãtorũ psalmos, certis a me nu-
meris conscriptos, cantandos tradam.

EXCA. 32. Deuteronomij.

Audite cœli quæ loquar.

AVSCVLTATE cœ-
1 li, locuturus enim sum, quorũ vos
testes esse ꝑpetuos cupio, audi sta-
bilis & tu terra verba oris mei.
2 Cum gratia & fructu audientiũ decidat, in-
star pluuiæ doctrina mea, defluat vt ros sermo
meus, similis sit guttis quæ decidũt sup gramẽ,
& gratissimis imbribus qui super herbã caden-
tes incrementa dant illi.
3 Nomen enim domini inuocabo, tribuite, vt
æquum est omnipotentiã Deo nostro.
4 Ipsius omnipotentis absolutissimũ est omne
quod facit opus, omnes viæ & studia illius cer-
tissimo iudicio plena sunt, Deus est vere stabi-
lis, & omnis iniquitatis expers, iustus, & æqu⁹
semper est ipse.
5 Abominabiles sese reddiderũt nõ legittimi,
sed degeneres filij eius, cum infamia ipsorũ, ge-
neratio facti sunt praua, & peruersa.

An pro tot beneficijs hoc reddes domino po- 6
pule stolide? & nihil q3 sapiens minu9, num ve-
re pius ipse fuit pater tibi & redēptor? num ipse
fecit te, & optimo ordine instituit te.

Reuoca in memoriā dies sæculi prioris, ppē- 7
de quæ fecerit annis ætatum superiorū, interro-
ga patrem tuum, & indicabit tibi, seniores te, &
dicent tibi.

Cum veluti hereditario iure sibi altissimus as- 8
sereret gentes, & separaret ab inuicem posteros
Ads, constituit terminos populis iuxta numerū
filiorum Israel.

Peculiariter enim portionem suam dominus 9
esse voluit, populū suū, & Iacob funiculū men-
suræ hæreditatis suæ.

Inuenit eum in terra deserta, in vasta, & hor- 10
ribili solitudinæ, circumduxit eū, eruditt eum,
seruauit eum tam diligenter, q3 possit pupillam
quis oculi sui.

Sicut aquila, ad volandū excitatura quos ha- 11
bet in nido pullos suos extendit alas, & accipi-
et eum, qui nondū cōmode volare pōt pullum,
portabitq3 alis suis.

Sic dominus solus ducebat eos, nec vsus est 12
opera cuiusq3 alterius nihili Dei.

Vexit eum p ardua loca terræ, & pauit fru- 13
ctibus agri, & facultatem dedit sugendi mel ex
petra durissima.

14 Butyrum prebuit ex boue, & pinguedine
ouium cū adipe agnorū, arietes quales ,pueni
solēt ī herbosissimo mōte Basan,hircos prēterea
similāq; granorū tritici, & rubentē sanguinē
milem succum vuæ vini meracissimi.

15 Pinguis factus est, olim rectus Israel, quare
nunc recalcitrat,pinguis incq;, obæsus & sic fa
stidiose contemptor, vt deseruerit Deū factorē
suum, & despexerit omnipotentem authorē sa
lutis suæ.

16 Iritauerunt eum cultu aliorū nihili deorum,
abominabilib⁹ reb⁹ ad iracūdiā,puocauerūt illū

17 Sacrificauerunt sæuis demonibus potius, q̄
vero Deo,nihili dijs,quos antea nunq; nouerāt,
nouis qui pauloāte hominū stulticia in deorum
numerū relati fuerant,quos nō nouerunt,nedū
venerati sunt,patres illorum.

18 Dei qui te genuit oblitus es, oblitus inq; es
Dei genitoris tui.

19 Viditq; hæc dominus,& factus est vehemē
ter iratus,propterea quod sic iritaretē a,ppris
lijs,& propriis filiabus.

20 Quare dixit auertam faciem meā ab illis,vi
debo quem finem habituri sint, qui his nūc sibi
placent,genus em̄ hominum est peruersissimū,
filij in quibus fides est penitus nulla.

21 Ipsi exacerbauerūt me nihili Deo,& irritaue
runt me vanitatibus suis,ego vero ad iracundiā

prouocabo illos oppressiõe, & insultibus nihili
populi, ꝙ gentẽ stolidã bilem mouebo illis.
Ignis enim succensus est per furorẽ meum, 22
& ardebit vsq; ad infernum profundissimũ, &
vastabit terram cum fructu illius, & flamma cõ-
sumet fundamenta montium.
Nullum malorum genus nõ exercebo ĩ eos, 23
sagittas meas absumã in illos.
Sentient se aduri fame, vorari ab auibus pe- 24
stilentiam namq; aeris, & dentem bestiarũ im-
mittam in eos, vna cum veneno animalculorũ
repentium per terram.
Foris orbabit eos filijs gladius, ex intimis pe 25
netralibus exortus terror perdet adolescentes
vna cum virginibus, & lac adhuc sugentibus
puerulis, & viro cano.
Decreueram perdere, & delere ex animis ho 26
minum memoriam eorum.
Et fecissem, nisi furor hostis illorum cõtinu- 27
isset me, forte enim hostes illorum insolentius
extulissent sese, dixissentq; manus nostra potẽs,
& nõ dominus designauit hæc omnia.
Gens enim est perditissimorum consiliorum 28
sectatrix, neq; est in illis prudentiæ quicq;.
Vtinã saperent, & intelligerent hæc, ignora- 29
re nõ possent quin horum quæ faciunt futurus
sit finis pessimus.
Quo pacto eñ fieri potuisset, vt olim vnus 30

persequeretur mille,& duo fugassent decē mi
lia,nisi omnipoteus Deus illorum tanq̄ mancipia tradidisset eos,& dominus cadere sub manibus illorum fecisset eos.

31 Nequaq̄ enim Deus noster similis est Deo illorū, cuius rei, ipsissimi inimici nostri iudices sunt.

32 Ex vinea Sodomæ transplantata est vinea eorum,& ex vitibus Gomorræ vuæ eorū,vuæ venenatæ,& botri amarissimi sunt apud eos.

33 Venenum draconum vinum illorum est,& toxico aspidum,crudelitati q̄ simillimum.

34 An hęc putanda sunt nō esse diligenter reposita apud me,& descripta in archinis meis.

35 Apud me seruatur vindicta horum, & retributio in illud tpus quo nutare incipiet pes eorū, quod futurū est breui,prope enim est dies afflictionis eorum,& festinanter accurrunt,quæ eis uentura sunt illis,mala.

36 Iudicaturus interim est dominꝰ populū suū, & seruos suos iterum clementer in gratiā receptur us,visurus est grauē,& tyrannicā opprimētium eos manū,cum iam fere ad extremū ventū fuerit, & vix pauciſſimi reliqui fuerint vincti,& contempti.

37 Et cum insultās dicere incipiet aduersarius, vbi Deus illorū, & oīpotens ille in quo fiduciam suam ponere solebant.

Qui ex vobis pinguedinē sacrifitiorū illorū 38
deorū cōmederūt & vinū biberunt libatū illis,
surgant, & auxilientur nunc vobis faciantq; vt
velutiin abscondito tuti sitis, & liberi à malis in
quibus versamini.

Videte itaq; nūc tandē q; ego, ego inq; ipse sū- 39
mus sum ille, nec quisq; est alius prēter me me-
cum Deus, ego potestatem habeo occidendi, &
viuificandi, si vulneraui, ego sanabo, nec quis q;
est tā potēs vt e manu mea eripere possit sese.

Extollere namq; potero ad cœlū vsq; manū 40
meā, & dicere cōfidēter, viuo ego in perpetuū.

Si acuero aciem gladij mei, & apprehendere 41
cœperit executura iudiciū manus mea, summā
supplicij de aduersarijs meis, & odio habentib⁹
me, præmiū, quod meriti sunt, persoluam.

Ad ebrietatem vsq; imbuam sagittas meas 42
sanguine, & gladius meus vorabit carnem, fuso
sanguine, occiserunt captiuitate vulneratorum,
comedetq; gladius meus ex eo, q; caput est ini-
mici exercitus.

Cōgratulamini gētes populo illius, quia san- 43
guinem seruorum suorum vindicabit, & vltio-
nē reddet aduersarijs illius, propicius q; fiet terrę
suę, & populo suo.

FINIS.



